



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

Cap. IX. De Decimis Papalibus; continet quinque Quæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

## DE DECIMIS PAPALIBVS.

## CAP. IX.

## Seu

*Appendix ad hunc tractatum.*

DIXIMUS hucusque de decimis, quas *spirituales* vocant, ea qua potuimus tum brevitate, tum perspicuitate; nunc reliquum est pro complemento hujus tractatus de decimis, ut de Papalibus quoque eodem fere quaestionum ordine servato dicamus.

QUÆRO PRIMO, *De origine, & causa hujus impositionis decimarum?*

PRIMA CONCLUSIO. Hæc decimæ, quæ summo Pontifici à clericis solvuntur, originem † habent à lege veteri, vel potius cum ejus præcepto similitudinem habent; ad ejus enim legis similitudinem præceptæ quoque fuerunt in Evangelica lege à summis Pontificibus. decimæ, ut in specie tradit S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. *Sot. l. 9. de just. & jur. q. 4. art. 1. & alii, quos supra recensuimus c. 1. q. 2.* Habentur ergo Num. 18. hæc verba; *Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens; Præcipe Levitis, atque denuncia, cū acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerite Domino, id est, decimam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem primitivorum tam de areis, quam de torcularibus, & universis, quorum accipitis primitias, offerite Domino, & date ea Aaron sacerdoti, cujus deinde præcepti executionem quandam habemus 2. Esdr. 10. ad fi. his verbis: Erit autem sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum, & Levita offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri.* Ex quibus verbis patet præceptum fuisse in veteri legi Levitis, ut de suis decimis decimas solverent summo sacerdoti Aaron, eorumque filiis, ac descendantibus, qui in sacerdotio succedebant. Ad ejus ergo præcepti similitudinem licite exigit summus Pontifex decimas à clericis, qui eam exigenti

genti

2 genti ¶ solvere tenentur, *ut in hac specie adnotarunt inter ceteros Abulen. super Matth. 25. q. 74. S. Thom. d. q. 87. art. 4. ad 3. arg. Sor. d. q. 4. art. 4. ad finem. Covar. li. i. var. resol. c. 17. nu. 3. & Rebuf. tract. de decima, q. 3. nu.*

3 3 Quorum auctoritati accedit ¶ & illa ratio, quam affert D. Thom. loc. cit. *naturalis enim, inquit, ratio dicitur, quod illis, qui habent curam animarum, de communi multitudinis statu provideatur; Vnde possint exigui ea, qua pertinent ad communem salutem; quam etiam rationem innuit Card. Zab. post alios d. clem. fin. & Abb loco mox citan.*

4 SECUNDA CONCLUSIO. Justa de causa ¶ imponenda est hæc decima, & urgente aliqua necessitate, puta pro expeditione belli contra hostes fidei; ita colligitur ex Conc. Const. sess. 43. & extrav. unica. *qua incipit declarationes, ibi, pro prosecutione guerra ac negotii regni Sicilia contra hostes, & est Bonif. VIII. sub tit. de decim. in commun. atque ita in specie tradunt gloss. & Doct. in clem. fin. eod. tit. Rebuf. d. num. 3. Sotus Thofat. & Covar. loco cit. Abb. post Host. c. 2. nu. fin. de decim. ubi tamen subdit Abb. id facere Pontificem de potestate absoluta, non autem ordinaria. Justa autem de*  
 5 causa ¶ morum fuisse Pontificem censendum erit, donec aliud constet, *juxta text. in c. cum à nobis, in fin. de rest. & clem. unic. de probat. gloss. in l. relegati, C. de pæn. cum aliis late traditis, per Alciat. de prasumpt. reg. 3. prasumpt. 8. Menoch. eod. tract. lib. 2. prasumpt. 1. n. 1. & multu seqq. & Ant. Gabr. commun. concl. libr. 3. tit. de jur. ques. non tollen. concl. 3.*

TERTIA CONCLUSIO. Quamvis à summo Pon-  
 6 tifice possit inferioribus etiam laicis ¶ concedi decima super beneficiis, *ut patet ex d. clem. fin. ubi gloss. & Doct.*  
 7 tamen non modo ab iisdemmet laicis ¶ constitui, & imponi non potest, *ut in specie adnotavit Rebuf. d. q. 3. nu. 4. & satis patet ex c. clericis, in princ. & §. 1. de im-*  
 8 *mun. eccles. in 6. ubi excommunicantur ¶ laici quicunque exigentes ab ecclesiis, & ecclesiasticis personis, earumque bonis taleas, collectas, seu dimidiã, decimam,*  
 aut

aut aliam partem bonorum: Sed neque † ab inferiori-  
 bus Prælatiſ, puta Episcopis, Archiepiscopis, & ſimi-  
 libus, ut ex d. clem. ſin. colligunt ibi Doct. & Rebuf. d. q.  
 3. numer. 5. Poterit tamen Episcopus † imponere, & 10  
 exigere charitativum ſubſidium, ut late & optime com-  
 probant Bellenz. & Remig. de Gonn. in tract. de charit.  
 ſubſid. q. 1. & ſeqq. Idem quoque expreſſius, quod ad  
 decimas ſpectat, prohibetur † in Conc. Conſtant. ſeſſ. 11  
 43. in hæc verba: *Præcipimus, & mandamus, jura, qua*  
*prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera*  
*eccleſiis & perſonis eccleſiaſticiſ imponi, diſtrictius ob-*  
*ſervari. Per nos autem nullatenus imponantur genera-*  
*liter ſuper totum clerum, niſi ex magna, & ardua cauſa,*  
*& utilitate univerſalem eccleſiam concernente, & con-*  
*ſilio, & conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum S.*  
*R. E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum conſilium*  
*commode haberi poterit, nec ſpecialiter in aliquo regno,*  
*vel provincia, niſi conſultis Prælatis ipſius regni, vel pro-*  
*vincia, & ipſis non conſentientibus, vel eorum majori*  
*parte, & eo caſu per perſonas eccleſiaſticiſ, & auctorita-*  
*te dumtaxat Apoſtolica leventur. Hæc ex Concil. Con-*  
 ſtant. Ex cuius verbis, nō modo ſatis, niſi fallor, proba-  
 tæ manent duæ poſtremæ conſuſiones, ſed etiam ex-  
 preſſam formam habemus huiusmodi impoſitionis  
 decimarum. Quare dum Rebuf. d. num. 3. verſ. 2. requi-  
 ritur, vult, quod poſt impoſitionem decimæ † decima 12  
 ipſa denunciatur, tum propter allegatum locum Num.  
 18. *Præcipe Levitis, atq; denuncia,* tum quod debitori-  
 bus † denunciari debet, ut ſolvant, l. *quidam Iberius, ff. 13*  
*de ſervit. urb. præd. Doct. in l. vinum, ff. ſi cert. petat.* fal-  
 litur is, ni ego fallor, tum in conſuſione ipſa, tum in  
 ratione. Etenim tam ex ſupradictis, & verb. Concil.  
 Conſtant. quam ex uſu ipſo, & praxi liquet, ſufficere  
 impoſitionem ipſam in ſcriptis fieri cum ſubſcriptione  
 illuſtriſſimorum Cardinalium, & publicatione, ſeu  
 etiam affixione in acie campi Floræ. Rationes quoque  
 illius leves ſunt; neque enim præceptum illud legis  
 veteris nos obſtringit in Evangelica lege, cum iudicia-  
 le po-

le potius sit, ut etiam infra dicemus, neque denuncia-  
tio illa, de qua Num. 18. est actus aliquis post imposi-  
tionem, imo fuit ipsamet impositio ex Dei mandato.  
Neque urget illud simile de denunciatione, quæ fit  
debitoribus, ut solvant, cum ea fiat auctore iudice,  
summus autem Pontifex cum sit Christi vicarius, su-  
premus ¶ etiam iudex, & ordinarius est, c. *Juncta* 9. q. 3.  
14 & cap. *licet*, de elect. cum simil. quare supervacanea erit  
ulterior denunciatio.

15 **QUARTA CONCLUSIO.** Si concurrat ¶ Episco-  
pus in exactione charitativi subsidii, & Papa in exa-  
ctione generalis subsidii, & uterq; exigat ex justa cau-  
sa, utriq; præstandum erit, ut post *Ant. Butr. & Doct. in*  
*c. cum nuper*, de cens. tradit *Bellenz. in d. tract. de chari-*  
*rat. subsid. q. 63. num. 1. quem etiam sequitur Remig. de*  
*Gonn. in simil. tractat. q. 54. num. 1.* quod si utrique præ-  
16 stari non possit, ¶ præstabitur Papæ, ut *ibid. probant*  
*Bellenz. & Remig. n. 23. & 4.*

QUÆRO SECUNDO, De quibus beneficiis, eorum-  
ve fructibus solvatur hæc decima Papalis?

17 **PRIMA CONCLUSIO.** Decima hæc ¶ solvitur de  
beneficiis; patet ex *tex. d. clem. si* primis verbis, *si bene-*  
*ficiozum decima*, &c. & admittunt, tum ibi, tum alibi  
passim Doct. male igitur *Rebuf. d. q. 3. n. 4. vers. quarto*,  
*quod hæc decima imponatur*, tradit, has decimas solum  
imponi super decimis beneficii, auctoritate allata, *Nu.*  
*18. ibi, decimam partem decima.* Ex quo concludit, hæc  
decimam non posse imponi ei, qui decimas non habe-  
18 ret, quia privatio ¶ præsupponit habitum, *cap. ad dis-*  
*solvendum*, de despons. impub. cum simil. male inquam  
& absque solido fundamento id tradit *Rebuf.* vel ob  
eam unicam rationem, quod licet hæc impositio deci-  
mæ Papalis ad similitudinem fortasse illius decimæ,  
quam in veteri lege solvebant Levitæ summo sacerdoti,  
introducenda sit, ut supra admonuimus; tamen illud  
præceptum, sicut & ceterarum decimarum, cum ju-  
dicialia potius sit, aut ceremoniale, quam morale, ne-  
quaquam adstringit Christianos in Evangelica lege, ut  
fufe

fufe o  
aliis d  
mur;  
plicat  
cip.

SE  
mnibu  
Papale  
post ali  
subsid.  
solven  
per, de  
gloss. r  
benefi  
ordina  
praben  
cundo  
rum er  
quaren  
in ¶ ca  
late Be  
iam ci  
de om  
vag u  
alii cle  
suis ¶  
ut in e  
vero a  
tur, d  
dicam.  
cipiun  
ter, d. c  
ca, de a  
ticular  
Pontif  
ligi vi  
Pontif  
extray

fuse ostendimus *superius hoc eod. tract. c. 1. q. 2.* cum de aliis decimis, quæ sacerdotibus solvuntur, loqueremur; quod etiam præter alios ibi allatos optime explicat Ang. de Chaval. *in sum. ver. decima, circa princip.*

SECUNDA CONCLUSIO. Regulariter † de omnibus beneficiis, ecclesiasticisq; redditibus decimæ Papales solvuntur, ut satis patet ex *d. extrav. & tradit post alios Card. d. clem. fin. in princ. Bellenz. de charitat. subsid. q. 73. & seqq.* Unde inferitur primo, de Capellis † solvendam esse decimam, ut patet ex *Compos. in c. nuper, de decim. Rebus. d. q. 3. num. 6. & singulariter voluit gloss. 1. d. clem. fin. in fi. constat enim, inquit, illas esse beneficia ecclesiastica; ex quo sic sunt per Episcopum ordinata, c. *quasiu, & c. pen. 1. q. 3. & c. significatum, de præben. quam gloss. Doct. ibi sequuntur.* Inferitur secundo, idem † dicendum esse de canonicatibus. Clarum enim est, eos esse beneficia † ecclesiastica, c. *conquarente, & c. pen. de cler. non resid. cum aliis tex.* Idem in † cathedralibus, metropolitanis, & Patriarchalibus, late *Bellen. d. q. 73.* Tertio, quod si quis in pluribus etiam civitatibus, & diœcesibus plura habet beneficia, de omnibus † decimam solvet, ut habetur in *d. extravag un. versic quod si in diversis.* Imo etiam Prælati, & alii clerici exules, cujuscunque dignitatis existant, de suis † proventibus ecclesiasticis decimas persolvent, ut in *ead. extrav. disponitur vers. Prælati autem.* Quod vero attinet ad redditus & proventus, multa inferuntur, de quibus hac ipsa conclusione & sequentibus latius dicam. Aliqua tamen beneficia, & aliqui redditus excipiuntur, de quibus ut plurimum per *Doct. communiter, d. clem. fi. Bellen. loco cit. & text. in cit. extrav. unica, de decim in commun.* Quæ extravagans † licet particularis constitutio esse videatur de decimis, per eum Pontificem Bonifacium tunc impositis, ut etiam colligi videretur ex ejus princ. atque adeo expirasse ejus Pontificis morte, sicut de *extrav. ex debito, de elect. & extrav. ad regimen, de præben. in commun.* tradiderunt*

S Doct.

Doct. quos recensuimus, & secuti sumus in nostro tra-  
*ctatu de option. cap. 3. num. 4.* tamen, cum in hac ex-  
 trav. un. *de decim.* non adsint verba sufficientia, ex qui-  
 bus appareat, velle illam expirare morte sua, prout in  
 illa extrav. *ad regimen*, dicitur, *donec miserationis di-*  
*vina clementia nos universalis ecclesie regimini pra-*  
*sidere concesserit, &c.* & in extrav. *ex debito*, habetur,  
*donec Christi dignatio non dignabitur universalis ec-*  
*clesie sponsa sua regimini praesidere, &c.* cumque haec  
 extravagans sit certa & nota, nec vagetur, sed sit inserta

- 28 in corpore juris, vim † habet legis, ita, ut sententia cō-  
 tra eam lata sit nulla, per ea, qua tradunt Doct. in c. *pa-*  
*storalis, de fid. instr. & in l. prolatis, ff. de re judic. & late*  
*in his terminis Franc. Pavin. in pralud. ad extrav. lo. 21.*  
 & Hieron. Clar. in pralud. ad extrav. commun. eique  
 tamquam legi generali standum erit. Neque obert,  
 quod de particulari illa decima loqui videatur, cum  
 Papa respondendo, & definiendo super particulari ca-  
 29 su † canonem condar, c. *ex multa, in princip. de vot. &*  
*vot. redemt. ubi Doct. gloss fin. c. consultationi, de temp.*  
*ord. Abb. c. si. colum. 3. de jur. cal. cum aliis quos refert, &*  
*sequitur Felin. c. 1. num. 77. de constit.* Ex quibus sequi-  
 tur, quod cum quæstio aliqua, aut dubitatio circum-  
 30 positionem decimarum oriri contingat, † ad hanc ex-  
 trav. recurrendum sit, prout etiam recurrendum mo-  
 net Rebuf. d. q. 3. num. 6. & quotquot Doct. aliquid de  
 hisce decimis scripserunt, eam passim pro decisione al-  
 legant. Excipiunt ergo (ut unde discessimus reverta-  
 mur) nonnulla beneficia, certique redditus ab hujus-  
 modi solutione decimarum, nisi de iis expressa men-  
 tio fiat, cum decima imponitur; quorum aliquot hic  
 & seqq. conclusionibus lubet recensere,

- 31 Primo quidem excipiuntur redditus, & proventus †  
 leprosariorum domorum Dei, & hospitalium paupe-  
 rum, qui in usus leproforum, infirmorum & pauperum  
 convertuntur; de iis enim decima non solvetur, ut dis-  
 ponitur in d. extrav. un. *vers. de redditibus*, & not. Re-  
 buf. d. q. 3. num. 4. Felin. c. *de quarta, n. 18. de prescript.*  
 gloss.

gloss. & ceteri. *d. clem. fin.* ubi Card. q. 3. singulariter di-  
 cit quod, quamvis Lap. (quem deinde secutus est ibi-  
 dem Imol.) asserat se consuluisse † deberi decimam ex  
 redditibus, qui supersunt ultra hos usus pauperum &  
 infirmorum, tamen debent potius expendi in usus a-  
 liorum pauperum, vel conservari ad supervenientiam  
 majoris numeri pauperum, ex quo sic fuerant reddi-  
 tus deputati, *c. quia contingit, de relig. dom. & c. si pro-  
 pter, de rescript. in 6.* Card. sequitur id ipsum late pro-  
 bans Bellenz. *d. tract. de subsid. charit. q. 68. num. 3.* Ra-  
 tio vero, cur huiusmodi redditus decimæ Papali non  
 subsint, ea etiam esse potest, quoniam † hospitalia illa  
 nomine beneficiorum proprie non comprehendun-  
 tur; quo argumento utitur à contrario sensu in Capel-  
 laniis gloss. *l. in fin. d. clem. fin. de decim.* unde per literas  
 super provisione quorumlibet clericorum directas, de  
 xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospita-  
 libus, nulli potest provideri, nisi hoc in literis cavea-  
 tur expresse, *ut disponit ad literam tex. in clem. per lite-  
 ras, quæ est 2. de prebend. & dig.* Imo, neque hospitalia  
 † in beneficium conceduntur, nisi in illorum funda-  
 tione secus constitutum fuerit, seu per electionem (per  
 superiorem confirmandam, *ut exponit gloss.*) sit de Re-  
 ctore loci huiusmodi providendum, *ut cavetur in  
 clem. quia contingit, quæ est fin. §. ut autem, de relig. dom.*  
 Secus vero dicendum erit † de hospitalibus milita-  
 rium ordinum; aut aliorum religiosorum; nam & ea in  
 beneficium conferri possunt, *d. clem. quia contingit, §.  
 premissa vero,* neque sub nomine eorum hospitalium,  
 de quibus in extravag. apte continentur, cum ad usus  
 illorum infirmorum, & pauperum omnes eorum red-  
 ditus per se non sint destinati; sed potius ad militum il-  
 lorum, seu religiosorum sustentationem, cum onere  
 tamen aliquo vel hospitalitatis, vel certæ eleemosynæ,  
 & largitionis, quare † ex iis redditibus, qui ultra hæc  
 omnia supererunt, solvenda erit de iis decima, *quæ  
 omnia etiam colliguntur, & optime confirmantur ex late  
 traditis per Bellenz. de charit. subsid. q. 38. & 68.*



- 37 *Secundo* excipiuntur moniales, aliæque † regulares personæ, quarum redditus, & proventus ecclesiastici adeo sunt tenues, quod de illis sustentari non possint, sed pro habendo vitæ suæ sustentationem necesse habent publice mendicare, ac eleemosynas publice petere; ita habetur ad verbum *in d. extrav. un. vers. moniales*, & not. gloss. 1. d. *clem. fin.* & post alios fusc Bellez. d. tract. q. 30. & 77. & Remig. de Gonn. *in simil. tract. de charit. subsid. q. 37. nu. 14.* ubi etiam cum sequentibus
- 38 idem probat † in aliis tenuibus beneficiis ceterorum clericorum post Gem. *cons. 85. vers. ex quibus concluditur*, & alios; quod etiam patet ex seqq.

*Tertio*, seculares clerici, quorum ecclesiastici redditus, & proventus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eam † decimam non præstabunt, ut cavetur *in d. extrav. vers. seculares quoque clerici*, & adnotavit Gig. *in tract. de pension. q. 59. nu. 7.* ubi etiam exponit florenos auri pro ducatis, & optime; & ita intelligit, & observat Romana curia, quod idem de Capellis, quæ non excedunt viginti libras, quod nimis sumum de iis decima non solvatur, tradit Rebuf. d. q. 3. nu. 6. post Collect. *in c. nuper, de decim.* Si tamen † una persona plura habet beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri non attingat, simul tamen collecta eam excedant, de omnibus illis, & singulis decima persolveretur, sed non

40 solvetur † de pitantiis monachorum: *ita declaratur*

42 *in d. extrav. vers. si vero*, eas autem pitantias † expone-  
nere possumus, vel pro stipendiis, quæ dantur monachis, ut inserviant ecclesiæ, vel etiam pro portionibus, quæ illis dantur, aut debentur ad eorum victum, & congruam sustentationem, *ut patet ex traditu per Anast. Germon, de sacror. immunit. lib. 3. cap. 17. nu. 17. & tract. de indul. Apost. §. per qua sublatis, nu. 10. nec non ex adductis per Henriq. in sum. Theol. mor. lib. 9. qui est de vero missæ sacrificio c. 22. tom. 1.*

*Quarto* de his, quæ à Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex his perpetui emanant redditus, decima

non ꝑ solvitur, *ut habetur in d. extrav. un. versic. simili-* 43  
*ter de his*, de aliis tamen legatis, quæ Prælati, & aliis  
 personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesia-  
 rum vel officiorum ratione relicta decima ꝑ persolvatur, 44  
*ut dicitur in ead. extrav. vers. de legatis quoq.* De elec-  
 mosynis autem, & aliis oblationibus dicam *inferius*  
*vers. 8. de eleemosynis.*

Quinto, De xeniiis, Prælati & aliis personis ecclesia-  
 sticis liberaliter factis, nõ solvetur ꝑ decima, *prout sub-* 45  
*ditur in ead. extrav. vers. item de xeniiis.* Sunt autem Xe-  
 nia ꝑ proprie munuscula, quæ hospitibus dantur; *xiros* 46  
 enim græce hospes est; unde xenodochium, hospitale,  
 & similia; sed & sumitur etiam xenium pro quolibet  
 munere ac dono, *l. solent. ff. de off. procons.* Plura de his  
 videri possunt apud Ant. Nebriss. *in vocabul. utr. jur.*  
 & eundem, ac Hier. Verrut. & alios *in Lexico juris,*  
*verb. xenium.*

Sexto, Ex d. extrav. versic. *declaramus*, etiam habe-  
 re, quod de sylvis ꝑ quoque seu nemoribus, quæ non 47  
 consueverunt vendi, nil solvitur, nisi forte aliquid de  
 illis venditum fuerit durante decima, & tunc æstima-  
 tur, quantum valere debent annui redditus partis  
 venditæ secundum assisiam ( hoc est ꝑ secundum ju- 48  
 ramentum pretium à Principe statutum, *per ea, quæ late tra-*  
*ctat Remig. de Gonn. tract. de charit. subsid. q. 60. nu. 1. &*  
*seu, ut paulo post in ead. extrav. unic. dicitur*, firmam  
 annuam, *arg. eorum, quæ tradit gloss. in c. penult. verbo,*  
*assisios, de cler. non resid.* hoc est, conventionem de cer-  
 ta summa pecuniæ, seu fructuum pensionis nomine)  
 secundum assisiam, inquam, quæ consuevit fieri de ne-  
 moribus, in partibus illis, in quibus nemus situatum  
 fuerit, & de sola æstimatione decima persolvetur, &  
 non de eo, quod perciperetur de iis sylvis, seu nemori-  
 bus, quæ vendi non consueverunt, nisi forte vendan-  
 tur durante decima, intellige autem de venditione, nõ  
 quoad proprietatem; sed quoad proventum, unde ibi-  
 dem subditur, quia tunc solvetur ex venditione pa-  
 radis seu herbaggi, aut alterius consimilis proventus

eorundem nemorum & sylvarum, & si non vendantur huiusmodi pascuagia & similia, non solvetur decima de his; ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. De sylvis vero cædvis idem fiet, quod de stagnis mox dicetur, *ut dicitur in ead. extrav. vers. de piscariis.*

49 Septimo, De piscibus † stagnorum, vel belluis garenarum, quos pro usu, vel esu suo cõsumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur, *ut habetur d. extrav. vers. de piscibus stagnorum.* De stagnis vero, & piscariis (domesticis nimirum, ac privatis, quæ venduntur quoad proventum dumtaxat) decima sic † solvetur; videlicet, quod fiat ratio de numero annorum quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt ad quantitatem pretii ex ipsa venditione ultima recepti, ut pretio diviso in partes secundum annorum terminum, durante decima solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerant anni prædicti; ut si forte quinque anni erant elapsi, ex quo non fuerat stagnum venditum, & tunc venditum fuit pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima solvatur decima ipsa de tribus partibus pretii tantum videlicet 60. florenis (unde sex tantum florenis tribus illis annis solventur) & multiplicabuntur & minuentur partes pretii, prout plures & pauciores fuerunt dicti anni. De piscariis autem fluminum, & lacuum & venationibus, si vendantur idem, quod de stagnis, fiet. *Hac omnia caventur in ead. extravag. de stagnis.*

51 Octavo, De elemosynis, † seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in civitatibus, & aliquibus castris, & locis dictarum provinciarum in certis festivitibus in candelis, & aliis consueverunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis decima non solvetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui *confortiales* dicuntur (vulgo autem *confratres* vocamus, inter

interdu  
tur, & q  
& calico  
bus sub  
functor  
vers. de  
tionib<sup>9</sup>,  
benedic  
nũ, sive p  
dis, que  
in ead. e  
medium  
nem illi  
demum  
buscunc  
ordinari  
ea qua lo  
TER  
qui urge  
dendo p  
curæ pro  
tionem p  
duos, v  
(vel, ut e  
constitu  
solution  
ipforum  
vers. Re  
clericali  
sidentia  
eodem p  
tando ip  
suorum  
tionem, se  
ventibu  
travag.  
autem †  
16. q. 7. c  
inter

interdum per clericos, quæ ad opus consortii reducuntur, & quæ offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces & calices fiant, & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum; *Ita disponitur in sapius memorata extrav. vers. de elemosynis vero.* Solvetur tamen de aliis oblationibus, quæ fiunt clericis, & Rectoribus, siue fiant pro benedictione nubentium, siue pro exequiis mortuorum, siue pro dandis pœnitentiis; nec non etiam de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur, *ut habemus in ead. extravag. vers. Solvetur autem, qui est paulo post medium. & vers. in super de oblationibus, qui est prope finem illius constitutionis;* quod tamen intelligerem tunc demum procedere, cum decima imponitur super quibuscunq; proventibus, redditibus & obventionibus tam ordinariis quam extraordinariis, prout fieri solet *per ea quæ latius afferam in f. hac ead. quæ. concl. ult.*

**TERTIA CONCLUSIO.** Rector ¶ parochialis, 52  
 qui urgente necessitate ecclesiæ, puta, quia ipse residendo personaliter in eadem, per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum, vel divisionem parochiæ suæ, sed necesse habet unum, vel duos, vel plures capellanos conducere, & eis propter (vel, ut ego potius legerem, præter) victum, salarium constituere; salarium huiusmodi poterit in decimæ solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet; *sic cavetur in d. extrav. vers. Rector parochialis.* Similiter quævis ¶ persona ec- 53  
 clesiastica, quæ in ecclesia sua, vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium, vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam proventuum suorum portionem, nō de vicariatus, seu firmarii portione, sed de universis ipsius ecclesiæ, vel beneficii proventibus decimam exhibebit; *ita disponitur in ead. extravag. vers. sed ecclesiastica persona.* De huiusmodi autem ¶ vicariis, & coadjutoribus habetur *c. in nova, 54  
 16. q. 7. cap. si. 93. dist. & c. 1. 94. dist. & tot tit. ubi Doct. de*

*off. vicar. & de cler. agrot. vel debilit. cum simil. Io. Silu. & alii in suis tract. de benef.*

QUARTA CONCLUSIO. Quoniam nonnulli  
 obtinent à monasteriis, & ecclesiis prioratus, pensio-  
 nes, census, redditus, domos, grangias, (hoc est, † villu-  
 las, ut colligitur ex *extrav. cum nonnulla, la. 1. de pre-  
 ben. in commun. nec non ex tex. & ibi gloss. marg. in c. fin.  
 55 de cens.*) in solvenda de his decima † distinguendum  
 56 est cum Bonif. VIII. d. *extrav. vers. & quia nonnulli*,  
 an talia in beneficium habeantur ex contractu, an me-  
 ra gratia. Si enim talia in beneficium habeantur, sive  
 hoc sit concessum per sedem Apostolicam, sive per i-  
 psorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de  
 illorum proventibus solveretur decima. Cum autem ob-  
 tinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel fir-  
 mam annuam, in qua non est facta gratia obrinenti,  
 sed in hoc uterque contrahentium studuit conditio-  
 nem suam facere meliorem, perceptores pensionis, vel  
 firmæ de ipsa pensione, vel firma decimam exhibe-  
 bunt; si autem quis ante, vel post hujus decimæ con-  
 cessionem, ad vitam propriam emit proventus prio-  
 ratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecu-  
 nia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta,  
 considerabitur quantum æstimatione communi va-  
 leant annui proventus prioratus, grangiæ, domus, ter-  
 rarum, seu reddituum hujusmodi, & secundum hoc  
 ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pre-  
 tium pro futuro tempore receperint, per tres annos de-  
 cima exhibebitur; si autem in his gratia facta sit obti-  
 nentibus, quia scienter pro minori pretio, quam va-  
 leant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obrinentes, &  
 non monasterium, vel ecclesiæ de illo, in quo gratia  
 facta est ipsis, & de reliquo illi, quorum est proprie-  
 tas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus  
 pro justa mercede, seu remuneratione laboris, vel ob-  
 sequii præstiri, vel præstandi talia sunt concessa, hi,  
 quorum est illorum proprietas in decimatione pro-  
 ventuum suorum, etiam horum proventus merito nu-  
 mera-

merabu  
 utilitat  
 si hæc p  
 lata (q  
 quæ pra  
 peniæ,  
 grangia  
 tia con  
 tur. Ex  
 sonarum  
 grangia  
 nem co  
 tur æst  
 monast  
 cum su  
 Ex qui  
 vera pe  
 infra ex  
 pensis h  
 quæ in  
 cendis;  
 conclus  
 ciamus  
 sunt, le  
 Qu  
 quas P  
 persolv  
 decima  
 merabu  
 tem pri  
 rata rec  
 etiam f  
 Prælat  
 tatione  
 ta, ren  
 solviss  
 procu  
 nem, q

merabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos quæ prædiximus, servabuntur; Nec deducuntur † ex- 57 pensæ, quæ pro monachis (qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expensæ autem † illorum monachorum, vel per- 58 sonarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis, seu domibus ad justam firmam, seu pensionem concessis, siue determinatæ, siue non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimationem monasterium, vel ecclesia, cujus illorum est proprietas, cum suis proventibus decimabit. Hæc omnia Bonif. Ex quibus illud, quod de pensione dicitur, si tamen de vera pensione ecclesiastica intelligere velimus, latius infra explicabitur *quæst. 3. concl. 2.* Quod vero de expensis habetur, diligenter adnotandum est propter illa, quæ *inf. quæst. 4. concl. ult.* dicemus de expensis deducendis; ubi quicquid in hac, & in superioribus ac seqq. conclus ad expensas faciens diximus, ne longum faciamus, nequaquam repetemus, sed ad ea, quæ hic dicta sunt, lectorem remittere sat erit.

QUINTA CONCLUSIO. De procurationibus, † 59 quas Prælati in victualibus percipiunt, decimam non persolvent, sed qui eis præstant hujusmodi victualia in decimatione suorum proventuum, & reddituum, numerabunt, & solvent decimam de iisdem. De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata recte percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiam si non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælati autem, qui procurationem, quam sine visitatione poterit de jure percipere in pecunia numerata, remittit, quia remittit quod sibi debetur, & de quo solvisset decimam, si illud recepisset, tenerur ex tali procuratione decimam exhibere, si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipere, for-

rasse remittit, persona ecclesiastica, cui remissio facta est, huiusmodi victualia cum aliis proventibus suis, cum decimam solvet, aestimabit, cum etiam si non essent remissa, hoc facere teneretur; sic habemus in d. extrav. Bonif. VIII. vers. Pral. de procuracionib. De his  
 60 procuracionibus † fase tractant *tex. & Doct. 10. q. 2. & 3. per totum 23. q. ult. & si tributum cum seq. 11. q. 1. & tot. fere tit. de cens. ext. & in 6. inter mod. Petr. Surd. tractat. de aliment. tit. 1. q. 64. Pavin. Socin. Fusc. & alium suis tract. de visit. sub quest. & tit. de procuracionibus.*

61 SEXTA CONCLUSIO. De iis † quoq; quæ consistunt in iurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus solvetur decima deductis salariis moderatis, quæ ante concessionem decimæ consueverunt solvi iudicibus, & officialibus similibusq; personis, sine quibus iurisdictione, & cetera similia nequeunt expediri, ita tamen, quod in fraudem decimæ, nihil contra hoc penitus attentetur, sed expensæ † officialium, iudicum, & huiusmodi personarum factæ in vestibus, siue victualibus minime deducuntur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam Prælatorum; Ita quoq; habemus in d. extrav. vers. de iis quoq;.

63 SEPTIMA CONCLUSIO. De furnis, ac molendinis † decima præstabitur, ut *ibid. dicitur vers. item de*  
 64 *furnis;* de fructibus † quoque arborum, & hortorum  
 65 decima solvetur. De his † autem, quæ consumuntur usu, vel esu animalium, si sint ecclesiarum, solvetur decima, deductis expensis necessariis, quæ sunt pro custodia; si vero sunt personarum, decima non solvetur; ita demum habetur in *sapius memor. extrav. unic. de decim. vers. de fructibus arbor.*

66 OCTAVA CONCLUSIO. Beneficia quoq; unita, subjacent huic decimæ, licet principaliter † uniantur, & retineant nomen, & statum proprium. Ratio clara est, quia cum retineant statum suum, sicut ante subjecta erant, ita nunc; & probatur ex eo, quod tradit Card. post alios *d. clem. fin. de decim.* dum vult quilibet beneficia comprehendendi nomine beneficiorum,  
 de

de quo d. clem. in primis verbis. Imo idem erit, si ex duobus unitis unum fiat; utrumque enim suam naturam servat, juraque & privilegia sibi invicem communicant, *ut patet ex iur. inf. citan. & not. Abb. c. 2. num. 4. de relig. dom. & alii passim*; quare prout antea solvebatur de iis decima, vel non, ita quoque nunc fiet. Idem quoque erit, si beneficium aliquod, quod alias immune esset à decima, alteri unitum sit accessorie, dummodo illud beneficium, cui unitur, decimæ subjaceat; tunc enim de iis quoque redditibus solvenda erit decima, & contra, cum eo casu ecclesia, quæ alteri accessorie unitur, & annectitur illius naturam, consuetudinem, & privilegium assumat, propriaque cura amittat; siquidem ei, cui unitur ecclesiæ, tanquam filia matri esse perhibetur; *quæ omnia colliguntur ex text. & Doct. in c. postquã, & c. & temporis, 16. q. 1. c. sicut unire, de excess. prel. c. quod translationem, de off. Leg. Abb. c. 1. ne sed vac. & d. c. 2. num. 4. & Petr. de Perus. in tractat. de union. c. 1.* Et generaliter, quod de omnibus beneficiis unitis, seu membris principalis beneficii solvenda sit decima Papalis, consuluit *Oldr. cons. 253. nu. 1. Bal. cons. 205. num. 4. volum. 3. Rebus. cons. 125. n. 7.* & late tradit *Remig. de Gon. in tract. de charit. subsid. q. 26. n. 1.* Quod idem puto ¶ locum habere, quamvis bona, & 67 fundi beneficiales siti sint diversis in locis, & decima imponatur in aliqua diocesi, ubi situm est beneficium & ecclesia, non autem bona illius; attenditur enim locus beneficii, cum hujusmodi decima ¶ sit onus reale 68 ecclesiarum, non autem prædiorum, & imposta sit non ipsis rebus, sed ecclesiis, vel personis ecclesiasticis pro ipsis rebus; unde solvenda est decima, etiam pro bonis sitis extra illud territorium; Ita per hanc rationem tradunt in terminis *Doct. communiter in cap. 1. de immunit. in 6.* maxime vero *Jo. An. Gemin. & Franc. quos ego vidi, eosque sequitur Bellenz. de charit. subsid. q. 434. Remig. de Gon. eo. tract. q. 25. & 26.* ubi id late examinant; quamvis cōtrarium tueri videatur *Feder. de sen. cons. 151. in 2. respons.*



NONA CONCLUSIO. Decimæ solvuntur de  
 mensa grossa canonicorum. Quod enim de canonicis  
 69 tibus † solvatur supra admonuimus hæc ad. quæst. con-  
 clus. 2. & colligitur ex alleg. extrav. un. vers. *sed ecclesia-*  
*stica persona*, dum comprehendit quodlibet beneficiū,  
 quod residentiam personalem requirit; clarum au-  
 70 tem est, Canonicos † teneri ad residendum, *ut tot. fe-*  
*re tit. & clarius in c. penult. de cler. non resid. & c. un. co-*  
 71 *dem tit. in 6.* Quamvis igitur † mensa hæc, ut pluri-  
 mum, tam à præbendis quam à distributionibus quo-  
 tidianis distinguatur, *ut patet ex Paris. cons. 32. volum.*  
*4. Calder. cons. 2. 1. sub tit. de præbend. Rebuf. in concord.*  
*rubr. de collat. §. 1. verbo, distributionem, Abb. in c. licet,*  
*de præben. Fel. in c. Iacobus de Simon. Doct. fere omnib. in*  
 72 *d. c. unic. tamen ex iisdem fere Doct. ibid. videre est ali-*  
 quando † eam succedere loco præbendarum, *ut liquet*  
*inter alios ex Abb. d. c. licet*; aliquando de ipsa mensa  
 73 grossa † solvuntur distributiones quotidianæ, *ut in-*  
*ter ceteros tradit Gemin. d. c. unic. in fi.* Ubi ergo mensa  
 hæc, seu massa subrogetur, & succedat loco præbenda-  
 rum, quoniam non adsint præbendæ distinctæ, tunc,  
 quamvis decima absolute imponatur super beneficiis,  
 74 puto † de ea decimam solvendam esse, cum subroga-  
 75 tum sapiat † naturam ejus, in cuius locum subrogatur,  
*Leum qui, §. qui injuriarum. ff. si quis caut. cum aliis*  
*vulg.* sed ubi etiam ea in distributiones quotidianas  
 destinetur, ac distribuatur, tunc saltem cum decima  
 super proventibus ecclesiasticis, seu ecclesiasticarum  
 76 personarum imponitur, de illa mensa † solvenda erit  
 decima; eo enim casu de ipsis quoque distributionibus  
 quotidianis præstatur, *ut mox dicam.*

DECIMA CONCLUSIO. Ubi decima Papalis im-  
 ponatur super beneficiis, & omnibus proventibus ec-  
 77 clesiasticis, tunc † de distributionibus quoque quoti-  
 dianis solvenda est: *tex. ad literam in jam millies cit. ex-*  
*trav. un. versic. & quia non occurrit, de decim. ubi Bo-*  
*nif. ponit hæc verba: Et quia non occurrit nobis, quia*  
*quotidiana distributiones proventus ecclesiastici sint, de*  
 distri-

*distributionibus, qua dantur in horis canonicis presentibus debere solvi decimam declaramus.* Unde per eam extray. nonnulli absolute dixerunt de quotidianis distributionibus solvendam esse decimam, ut gloss. 1. Imol. numero 6. & alii, d. clem. fin. de decim. qui tamen intelligendi sunt in casu extray. cum nimirum decima imponitur super proventibus ob eam rationem, quia nomen proventus † valde generale est, & com- 78  
 prehendit omnem redditum undecunque nobis obvenientem, ut patet ex text. in l. annonam, ibi, uberes proventus, ff. de extraord. crim. Boer. decis. 224. Alciat. l. frugem, primis verbis, ff. de verb. signif. & ibi latius. Rebus. versic. proventus vero, & in concord. rubr. de collat. §. volumus, in gloss. redditus cum seq. Quod idem putarem dicendum, † si decima imponeretur super reddi- 79  
 tibus, aut obventionibus ecclesiasticis; nam & nomen redditus, & obventionis † satis generale est, ut patet, 80  
 ex Alciat. loc. citat. Rebus. d. gloss. redditus, & l. frugem, vers. in super de verbo redditus, & versicul. obventiones, Boer. ubi supr. Zenzel. in extray. Io. 22. incipit, suscepti, verb. fructus, & obventiones, de elect. & alius, quos refert, & sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. nu. 1. Ubi autem decima imponatur dumtaxat super beneficiis, vel eorum fructibus, tunc puto † non esse eam 81  
 de distributionibus solvendam; sic intelligendi sunt, quotquot indistincte asserunt de iis non esse solvendam decimam, quod voluit gloss. Zenz. d. extrayag. suscepti, verb. solvere, in fin. tradideruntq; Gemin. conf. 85. num. 81. Marc. Mant. conf. 1. Tiber. Decian. conf. 43. num. 15. post Gemin. conf. 153. Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 2. nu. 51. Mandol. tract. de sign. grat. tit. de pension. colum. 8. versic. pensiones Rebus. d. tractat. de decim. q. 3. n. 8. dicens, ita fuisse per Papam declaratum. Gig. vero conf. 144. num. 33. multas refert se vidisse literas Apostolicas mandantes, quod de distributionibus quotidianis decima per Papam imposita, non solveretur, ex quibus quinque recenset sub diversis datis; & subdit saepius se ita practicasse, & obtinuisse. Bel-  
 len.

len. demum *in tract. de charit. subsid. q. 76.* dicit, quod nisi essent declarationes ille Bonif. VIII. contrarium diceret, quod nimirum de distributionibus quotidianis decima non præsteret. Idque ex eo maxime probatur,

82 quod distributiones quotidianæ † neque nomine beneficii veniunt, ut post *Gemin. d. cons. 87. n. 20. Rip. respons. 2. lib. 1. & Franc. d. c. unic. § statuimus, not. 1. tradit*

83 *Gig. d. cons. 144. n. 17. & 18.* neque etiam † nomine fructuum beneficii, neque in valore illius computantur, *Rot. decis. 33. de senten. & re jud. in antiq. decis. 8. de prebend. in no. & 29 eod. tit. in antiq. decis. 33. n. 2. 1. par. & decis. 170. n. 1. lib. 3. par. in noviss. divers. Boer. decis. 19. n. 4. Fel. c. ad aures, n. 14. de rescript. 10. An. rubr. de concess. prebend. & in addit. ad Specul. Gemin. Franc. & alii, d. c. unic. Oldr. consil. 118. & alii quos referunt, & sequuntur Bellenz. d. q. 76. Paris. d. q. 2. nu. 30 & Gig. d. consil. 144. num. 10. & alii passim.* Idem quoque erit ob eandem fere rationem † in anniversariis, seu mortuariis, seu obventionibus ratione sepulturæ, ut in specie tradit *Bellenz. d. q. 76.* hæc enim quoque non computantur

84 † in redditibus, seu valore beneficii, ut not. *Rot. d. decis. 8. de prebend. in no. & Bellenz. ubi sup. post 10. An. d. rub. de concess. prebend. vers. demum quarebatur, & Oldr. consil. 206. incip. An obventus.* Imo neque veniunt nomine reddituum, fructuum, jurium, proventuum, emolumentorum canonicatum; neque etiam nomine distributionum quotidianarum, ut post alios tradit *Navar. consil. 13. sub tit. de cleric. non resid. volum. 1.* De his ergo decima Papalis non solvetur seclusa Bonifacii declaratione, quæ in speciali casu loquitur, quo imposta fuerat decima super omnibus proventibus ecclesiasticis, quod & *supr. attigimus, conclus. 2. in fin.* Quid autem proprie veniat nomine distributionum quotidianarum præter *Doctor. d. c. unic.* videndus est *tex. in extrav. postulasti, & extrav. cum nonnulla, la. 1. de preben. in commun.*

QUÆRO TERTIO, *An aliqui sint immunes à solutione harum decimarum, & quinam illi sint?*

PRI-

P R  
xit bon  
ei grati  
ad solu  
rium sp  
trav. ut  
supra re  
ter ceter  
lenz. d. 1  
Neap. 1.  
SECU  
ratam p  
in conti  
tit. de co  
est com  
plerunt  
cathedr.  
cons. 12.  
37. Cae  
quæst. 5  
Affl. dec  
& seqq.  
161. nu  
rium reg  
ad solut  
ficii, sup  
cial. d. q.  
1. d. clem  
travaga  
quod si v  
rum in b  
cam, sic  
personas  
loco ver  
telligi p  
gularite  
a solo P  
d. vers. si

PRIMA CONCLUSIO. Colonus, † qui condu- 86  
xit bona & prædia beneficii cuiuscunq; non tenetur, si  
ei gratia aliqua in eo contractu scienter non est facta,  
ad solutionem decimarum, sed decima ad proprietari-  
um spectabit; ita habetur & latius explicatur in d. ex-  
trav. un. vers. Et quia nonnulli, de decim. cujus verba  
supra retulimus quest. preced. conclus. 4. & notarunt in-  
ter ceteros gloss. & Io. de Imol. d. clem. fin. de decim. Bel-  
lenz. d. tractat. de subsid. charit. q. 75. Vinc. Franc. decis.  
Neap. 107 num. 3. & seqq.

SECUNDA CONCLUSIO Pensionarius † tenetur ad 87  
ratam pensionis solvere decimam Papalem, quicquid  
in contrarium voluerit. Io. An. in addit. ad Specul. sub  
tit. de concess. præbend. & Oldr. cons. 268. cōtra eos enim  
est communis eorum opinio, qui de hoc aliquid scri-  
pserunt; quam ruetur Dec. consil. 156. incip. statutum  
cathedralis ecclesia, vol. 1. n. 4. & ibi Lugd. in add. Rebus.  
cons. 125. per totum, Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q.  
37. Caccial. tract. de pension. eccl. q. 17. Gig. eodem tract.  
quest. 59. per totam, & rursus q. 62. num. 13. Vrsill. ad  
Affl. decis. 252. num. 7. Vinc. Franc. d. decis. 107. num. 1.  
& seqq. Idem quoque aperte tenet Rot. Rom. decis.  
161. num. 32. par. in noviss. divers. dum ait, pensiona-  
rium regulariter teneri contribuere pro rata pensiones  
ad solutionem oneris impositi super fructibus bene-  
ficii, super quibus est imposita pensio, allegans Cac-  
cial. d. q. 17. & Gig. d. q. 59. & satis colligitur ex d. gloss.  
1. d. clem. fin. & ibi Jo. Imol. n. 6. de decim. per text. d. ex-  
travagan. in alleg. vers. & quia nonnulli, ubi dicitur,  
quod si redditus, pensiones, census, & similia monasterio-  
rum in beneficium habeantur, siue per sedem Apostoli-  
cam, siue per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum  
personas, de illorum proventibus solvetur decima; quo  
loco verbum illud pensionis sine ullo incommodo in-  
telligi potest de pensione ecclesiastica, cujus capax re-  
gulariter est solus clericus, quæque ut perpetuo duret,  
a solo Pontifice imponitur; & hoc est, quod dicitur in  
d. vers. siue sit hoc concessum per sedem Apostolicam; quod  
VERO

vero subditur, sive per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, ad grangias, domos, redditus, & census, de quibus ibi, refertur; & sic illum text. de pensione ecclesiastica intellexit Gig. d. q. 59. num. 2. & Rebuf. d. cons. 125. num. 10. Ex quibus satis, ni fallor, firmata manet hæc conclusio, licet ad id aliqua adducat Bellenz. d. q. 37. & plura Rebuf. d. cons. 125. quæ tamen parum urgent. Illud maxime facit, quod pensionarius tenetur pro rata ad charitativum subsidium, quod late probant Bellenz. d. q. 37. Gig. d. tractat. de pens. q. 38. Remig. de Gonn. de charit. subsid. quest. 44. post Dec. consil. 156.

Declaratur autem primo hæc conclusio, ut non procedat, † ubi pensio imposita fuit libera ab onere etiam decimæ, cum Papa possit quem privilegiare, ne solvat decimam; ita in specie Bellenz. d. trad. q. 58. num. 3. Gig. d. q. 59. num. 6. idq; admittit Rot. d. decis. 161. num. 2. opt. text. in c. cum instantia, de cens. ibi, nisi forte per speciale privilegium sedis Apostolica, &c. accedentes, de prescript. ibi, nisi per speciale privilegium Apostolica sedis; quo utroque loco loquitur Pontifex de procurationibus debitis legatis, & nunciis Apostolicæ sedis; unde etiam colligi potest † generale privilegium non sufficere, quod & in specie tradit Bellenz. d. q. 58. num. 1. & 2. quæ tamen declaratio restringitur nisi eidem exemptioni per Pontificem postea derogatur † cum clausula, quorum tenores, &c. ut in specie probat Rot. d. decis. 161. nu. 1. & seqq. junctus in, qua de vi † hujus clausula tradit Bald. & Collect. in c. dilecta, de prescript. Io. An. cons. 56. late inter alios. Ant. Gabr. com. conclus. lib. 5. tit. de clausul. concl. 5. Extenditur autem primo hæc ipsa declaratio, quod, † si Papa dedisset auctoritatē collectori exigendi decimam super proventibus, ac redditibus beneficiorum, à quibuscunq; personis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, adhuc non poterit cogere hujusmodi pensionarium, qui pensionem habet exemptam ab omni onere ad solvendam decimam, ut in terminis monet Gig. d. q. 59. num. 9. per

per ea, &  
cons. 10  
benefic  
cimam  
molest  
ampliu  
trad. pe  
beat an  
lius, de q  
& 4. Pe  
tione p  
solutio

Dec  
proced  
torum  
& est re  
rici, ubi  
fiastici  
cedunt  
quod ra  
etiam n  
summa  
erit dec  
retulim  
ci; Ideo  
pensio  
parte ex  
fione †  
vel obse  
gloss. 1. d  
& vide  
sonis ali  
s. praece  
Decl  
sionario  
veritas,  
de bene  
T E I



- 102 pensiones quædam sunt ad præcedentem conclusio-  
nem. Excommunicatio † lata per collectorem decimarum contra pensionarium, cui reservata est pensio libera ab omni onere decimarum, ob non solutionem decimæ ad ratam pensionis, est ipso jure nulla; ita in specie tradunt Bellenz *d. tract. de subsid. charit. q. 24.* & Gig. *d. tract. de pens. q. 60 per totam*; idem quoque tenent
- 103 Cald. *de senten. excommun. conf. 9.* ubi dicit, † quod si Collector decima, volens decimam exigere à religiosis, exemptis ab ejus solutione, eis privilegium suam allegantibus, eosdem propter hujusmodi denegationem solutionis excommunicet, excommunicatio erit ipso jure nulla; ad idem opt. text. in c. cum ad quorundam, de excess. prel. ubi declaratur nulla excommunicatio Prælati exigentis procuracionem ultra juris formam, aut speciale privilegium Apostolicæ sedis † lata contra non solventes hujusmodi excessivam procuracionem; quod idem de procuracione ultra juris formam adnotavit Innoc. in c. cum Apostolus, de cens. Alia ad id leviora addunt Gig. & Bellenz. loc. cit. quos videas si lubet.
- QUARTA CONCLUSIO. Si clericus privilegiatus, ut non teneatur solvere decimam de pensione, molesteretur à collectore, & solvat cum protestatione, quod per talem solutionem non intendit præjudicare suo privilegio, talis protestatio † eum juvat; ita in specie tradit Gig. *d. tract. de pens. q. 61.* idem † de privilegiato, ut non solvat charitativum subsidium, docet Bellenz, *d. tract. de charit. subsid. q. 61.* opt. text. in l. 1. & quod ibi not. Bart. C. de iis, qui sponte publ. mun. suscep. ubi veterani, qui patiuntur, se decuriones fieri, si id faciunt cum pacto salvo privilegio suo, illud non amittunt; idem quoque probatur ex Rom. *conf. 253.* incipit pro decisione proposita consultationis, dub. ultim. ubi id adstruit de solutione quorundam onerum facta per
- 105  
106  
107 homines habentes immunitatem. Idem quoque erit † ubi nulla protestatio accessit, sed per vim extorta fuit, ut in prædicto casu sentit Rom. & in casu charitativi subsidii Bellenz. loc. cit. & est de hoc opt. text. in l. cura

extruendi, circa princ. vers. nec si per vim extortum, ff. de  
mun. & honor. Si autem † pensionarius, aut alius pri- 108  
vilegiatus exemptus à solutione decimarum sponte, &  
sine ulla protestatione solvat, an tunc sibi præjudicet,  
hoc pendet ab illa quæstione, an † per unicum actum 109  
contrarium, quis suo privilegio renunciare videatur,  
de qua per Doct. d. l. 1. & cap. cum accessissent, de constit.  
Bartol. l. beneficium, & ibi Alex. de constit. Princip. Cyn.  
in leg. voluntarie, Cod. de excus. tutor. Card. in clem.  
sape, §. si tamen, q. 2. de verb. sig. Innoc. in c. accedentibus,  
de privil.

QUINTA CONCLUSIO. Probabilius mihi est,  
Cardinales † non teneri solvere decimā de suis bene- 110  
ficiis; ita expresse tradit Lanc. Contr. in Templ. omn. jud.  
lib. 2. c. 3. quod est de Card. §. 2. nu. 20. idem sentit Gig.  
d. tractat. de pens. q. 59. num. 10. dum ibi tueretur, Cardi-  
nalem pensionarium non teneri contribuere ad Papa-  
lem decimam pro rata pensionis; idem quoque in † 111  
charitativo subsidio generali à Papa imposito, quod  
ab eo immunes sint Cardinales ratione suorum benefi-  
ciorum, latius probat Rom. cons. 493. incip. in casu, quo  
queritur. Ratio vero conclusionis illa est, quia proba-  
bilis etiam est, Cardinales † in materia præcipue pœ- 112  
nali, & revocatoria privilegiorum non comprehendi  
in generali constitutione Papæ, nisi de iis fiat specialis  
mentio, ut singulariter concludit Io. Monach. quem se-  
quitur Io. An. in c. un. de schismat. in 6. Idem Io. An. in c.  
quia periculorum, de sentent. excom. in 6. Barb. de prest.  
Card. q. 12. col. 2. vers. primo faciunt. Unde etiam † non 113  
cōprehenduntur in regulis cancellariæ, ut voluit Abb.  
c. 1. de excess. pralat. in princ. Barb. c. in nostra, col. 2. de re-  
script. late Anchar. cons. 295. & 297. & alii apud Go-  
mez. in proem. reg. cancell. q. 4. in princ. & vers. tertius  
casus, & reg. de instr. q. 3. ubi Mandos. q. 2. Rebus. in con-  
cord. rub. de colla. §. si quis vero, verbo, Cardinalatus,  
& est communis opinio test. Gig. d. q. 59. in fin. & Lanc.  
Conrad. d. cap. 2. §. 2. n. 8. Pro quo etiam maxime fa-  
cit, quod Cardinales † sunt pars corporis Papæ, c. fe- 114



- licis, de poen. in 6 & ibi not. Archid. & Io. An. Host. in v. antiqua, de priv. Io. Monach. d. c. 1. de schismat. in 6. &
- 115 Io. de Lign. in c. 2. de cler. non resid. & dicuntur † filii primi gradus, Io. An. & Imol. d. c. felix, & Cardinales à
- 116 summo Pontifice vocantur † filii, sicut Episcopi vocantur fratres, c. Raynaldus, de testam. & c. quam gravi,
- 117 de crim fals. cum utrobique not. per Doct. tributa † vero, & collectæ à filiis non exiguntur juxta illud Domini Matth. 17. Reges terra à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis an ab alienis? & cum respondisset Petrus, ab alienis, subiecit Dominus, ergo liberi sunt filii: faciunt & alia, de quibus per Rom. & Gig. loc. cit. quæ conclusio, quamvis probabilis sit, & satis in fallor roborata; dubia tamen redditur per ea, quæ voluit Fel. in c. cum in jure peritus, de off. deleg. c. ad aures, vers. octava conclusio, de rescript. & c. quod super his, colum. 3.
- 118 de fid. instr. Quibus locis tradit, Cardinales quoque † sub generali constitutione comprehendi, quod & alii voluerunt, quos recensent Mandos. & Gomez. ubi supra, & ubi versatur publica utilitas & favor, tradiderunt Rebus. d. § si quis vero, verb. Cardinalatus, Gomez. d. q. 4. in proem. reg. & reg. de infir. q. 3. aliique quos refert, & sequitur Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q. 66. fere per totum, ubi contra Rom. in cons. alleg. probare
- 119 contendit, † ipsos quoque S. R. E. Cardinales tenent contribuere ad præstationem generalis subsidii quibuscunque beneficiatis per Papam impositi pro expeditione contra infideles, ea potissimum ratione, quia
- 120 nullus major † favor est, quam fidei, c. Iudai, 28. q. 1. c. 2. de controvers. infid. cum simil. per eum alleg. dispositio
- 121 autem favorabilis comprehendit † etiam Cardinales, ut præter eos, quos ipse adducit, voluit etiam Gomez. d. q. 4. in fin. Cui tamen rationi facile satisfieri potest: etenim admittendo priorem propositionem, distinguimus posteriorem; Nam favorabilis constitutio quamvis generalis comprehendit etiam Cardinales, ubi vel immediate agitur de eorum favore, prout loquitur Gomez. & alii, vel directe de favore fidei, cultu divino, aut

animat  
legati.  
nerale f  
tem, ad  
est pro  
immedi  
lus anin  
jussmodi  
clausula  
dignitat  
per eas e  
in Rot. te  
nales, &  
summis  
decimar  
ne adje  
ecclesiæ  
dæ dign  
bullis de  
XIII. q  
pro exp  
clero im  
mis for  
SEX  
ciales †  
in certo  
rum solu  
Bellenz.  
tur Rem  
cima Pa  
Bellenz.  
mig. eod.  
nis est, q  
ordinari  
fit, non  
canone,  
publ. lib.  
annuam

animatum salute, prout loquuntur Doct per Bellenz. allegati. In casu autem hostio, quamvis decima, aut generale subsidium, imponatur propter publicam utilitatem, ad propulsandos hostes fidei, tamen neque certa est pro Christianis victoria, neque ex ea necessario, & immediate sequitur augmentum divini cultus, aut salus animarum. Non negaverim tamen, quin, si in huiusmodi impositione appositæ fuerint generales illæ clausulæ, *cujuscunq; status, præminencia, gradus, vel dignitatus existant*, comprehendantur etiam Cardinales, per eas enim illos quoque † contineri decretum fuit <sup>122</sup> in Rot. teste Gomez d. q. 4. vers. quantum vero ad Cardinales, & q. 5. in fin. Sed quicquid sit, hodie semper à summis Pontificibus in huiusmodi impositionibus decimarum † eximuntur Cardinales ea expressa ratio- <sup>123</sup> ne adjecta, ob assiduos, magnosque labores, quos ipsi ecclesiæ universali impendunt, & gravissima, quæ tuendæ dignitatis causa sustinent, onera, prout ego vidi in bullis decimarum, tam olim à felic. record. Gregor. XIII. quam etiam nuper à S. D. N. Clemente VIII. pro expeditione belli contra Turcas universo Italiæ clero impositarum. Atque hæc de hac conclusione nimis forsitan prolixè dicta sint.

**SEXTA CONCLUSIO.** Collectores, vel alii officiales † deputati ad colligendas seu exigendas decimas <sup>124</sup> in certo loco, si ibi sunt beneficiati, sunt exempti ab earum solutione; ita de charitativo subsidio voluerunt Bellenz. d. tract. de charit. subsid. q. 54 quem etiam sequitur Remig. in simil. tract. q. 50. quod idem erit de decima Papali, ad quam à charitativo subsidio † arguit <sup>125</sup> Bellenz. d. tract. tum q. 37. tum in aliis frequenter, & Remig. eod. tract. q. 37. num. 25. Ratio autem conclusionis est, quoniam decima hæc † munus, seu onus extra- <sup>126</sup> ordinarium est; ad hoc enim ut munus † ordinarium <sup>127</sup> sit, non solum requiritur, quod imponatur à lege, vel canone, l. i. ubi gloss. Bart. & ceteri, C. de vacat. mun. publ. lib. 10. sed etiam requiritur, quod habeat certam annuam, & regularem præstationem, secundum Guliel.

- de *Cun. in l. neminem, C. de sacros. eccles. Cyn. in l. voluntarie. q. 1. C. de excus. tur. Bart. l. placet, n. 13. C. de sacros. eccles. & l. 1. colum. fin. C. de mulier. & in quo loco, & lib. 10. quod non est in præstatione decimæ, aut charitativi subsidii, quæ non est annua, nec semper uniformis, sed juxta indigentiam, & contingentem necessitatem. Ex quibus, & aliis concludit Bellenz. d. tract. q. 32. charitativum subsidium onus esse, seu munus extraordinarium, ubi etiam pluribus ostendit † simpliciter exemptum, exemptum intelligi muneribus saltem extraordinariis; atque ideo regulariter non posse ab exempto exigere charitativum subsidium. At vero collectores, & alii officiales † sunt immunes à solutione extraordinarii oneris, ut voluit glossa in l. honorem, ff. de muner. & hon. Bart. l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10. per d. l. honorem, & l. in honoribus, § fin. ff. de vacat. excus. mun. Neque obstat d. l. 1. ubi nemo excusatur, & l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. ubi exactores tributocum tenentur ad tributa, respōdet enim Bart. d. l. 1. Bellenz. & Remig. loc. cit. eas intelligendas esse de oneribus ordinariis.*

SEPTIMA CONCLUSIO. Ubi Papa, seu Camera Apostolica † convenit cū clero certæ diocesis, quod ille clerus solvat sibi nomine decimæ impositæ certam summam, si deinde Papa eximit al quem, vel aliquos beneficiatos, tenetur adhuc reliquus clerus solvere integram summam conventam. Ita in specie voluit Bellenz. d. tract. q. 59. quam totam quæst. refert ad verbum, nec dissentit Remig. de Gon. in simil. tract. q. 51. Probatur autem per ea, quæ not. Bart. post Jacob. de Aren. in l. ab omnibus, in princ. per illum tex. d. l. 1. quem sequitur Anchar. in clem. præfenti, de cens. ubi dicunt, quod stante statuto obligante Comitatenfes ad solvendum salarium potestati, postea eximitur aliqua villa, ceteri adhuc tenebantur ad integrum salarium; facit & text. ubi id not. glossa & Bart. d. l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. ubi habetur, quod exactores onerum ad ipsa teneantur, ne ipsis absentibus ceteri onerentur; sed latius, & cla-

& clar  
ibi Al  
d. clem  
tur ab  
perior  
casu e  
affert  
aperte  
7. & 8  
app. la  
de qua  
char. c  
quid si  
jud. in  
278. v  
Monti  
stionen  
mirur  
8. de p  
lexior  
fer. &  
clare c  
19. di  
velle,  
leg. m  
casu i  
† pot  
appell  
norm  
viso  
noxat  
Ipse v  
si pri  
pictu  
portu  
set, q  
l. va  
mire

& clarius id profecquitur in l. 2. ad fin. C. de apoch. publ. & ibi Alex. in addit. optime etiã facit, quod scripsit Card. d. clemen. presentis, in fin. ubi dicit, quod si collecta debentur ab universitate alicui tanquam superiori, si jure superioritatis eximit aliquos à solutione, sicut est Papa, hoc casu exemptio † singulorum non prodest universitati; & 131  
 affert exemplum in procuratione legati: idem quoque aperte sentiunt Abb. in c. accedentes, num. 8. & Fel. num. 7. & 8. de prescript. post Bald. in cap. 2. requirus, in fin. de app. latius pertractantes, & distinguentes hanc materiã; de qua etiam agunt Boich. cap. pastoralis, de privil. Anchar. cons. 10. 243. & 406. Specul. tit. de cens. §. 2. vers. quid si nimis, Doct. d. l. ab omnibus, & l. 4. §. actor, ff. de re jud. inter modernos Petr. Surd. consil. 140. volum. 1. & 278. volum. 2. & nuperrime Rolan. Cavag. ad decret. Montus lib. 2. §. 1. q. 10. quos post absolutam hanc questionem vidi. Sed quid si multi eximantur, ita ut alii nimirum graventur; Respondet Abb. in c. accedentes, num. 8. de privil. loquens in casu procurationum, modicam lætionem ferendam esse, l. quoties, C. de prec. Imper. offer. & not. in c. rescripta, 25 q. 2. & etiam magnam, ubi clare constaret de intentione Papæ, ut in c. memoriam, 19. distinct. sed in dubio Princeps præsumitur hoc non velle, l. ex facto, ff. de vulp. & pupill. c. super eo, de off. deleg. melius in c. suggestum, & c. dilecti, de decim. Quo casu inquit Card. d. c. accedentes, quod reliquus clerus † potest resistere, ne solvat totam procurationem, & 132  
 appellare expressa in appellatione hac causa, quia enormiter ex hoc gravantur, & debet Princeps hoc viso privilegia illa revocare, tamquam tendentia ad noxam d. c. suggestum, vel procurationem minuere. Ipse vero Abb. d. c. accedentes, num. 9. distinguit, quod si privilegia fuerunt concessa ad instantiam, tunc excipitur, quod emanaverunt per ambitionem, vel importunitatem impetrantium, quoniam si Papa scivisset, quod alia præcessissent, numquam cõcessisset, arg. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. & si hæc exceptio non admittatur, poterit appellari arg. cap. super eo, de offic. de-

leg. Quod si privilegia fuerint concessa proprio motu Principis; tunc, inquit Abb. non video super quo fundari possit appellatio, cum contra Principis dispositionem non sit licitum appellare, sed si nimium gravat, debet implorari remedium à Principe, cuius est decernere de suis privilegiis, *ut not. d. c. suggestum, & c. cum venissent, de iudi.* Quæ distinctio quamvis non placeat Bellen. *d. q. 59. num. 4.* & mordeatur etiam à Fel. *d. cap. accedente, num. 8. in fin.* quoniam, inquit, motus proprius † non tollit defectum intentionis Papæ, *ut sentit Io. An. in c. si motu proprio, de proba in 6. Host. c. causam, il. 1. de testi. Rot. decis. 6. de præbend. in no. Bellam. decis. 392. & alii passim;* mihi tamen sustineri posse videtur, tum quod negari non potest ex motu proprio tolli omnem subreptionem colligique aperte mentem Principis, à qua non est in dubio recedendum & gratiam vivificari, *ut optime probat Cassad. decis. 1. à num. 3. ad fin. sub tit. de rescript. Rot. decis. 29. num. 6. & 8. de præbend. in no. & multos alios effectus salutare producit, de quibus Doct. d. c. si motu proprio, & Rom. consil. 327. incip. iste sunt rationes. Staphil de lit. grat. & iust. tit. de vi & eff. claus. vers. consequenter, & multus seqq. Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de claus. concl. 2. & Menoch. tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 13. num. 9. & seqq.* tum quod ex verbis Abbat. apparet non contrari ab eo differentiam illam, quod si privilegia concessa sint motu proprio, non appelletur, si ad instantiam, sic; Imo in hoc casu vult prius excipi de ambitione, importunitate, & subreptione, quod nimirum impetrantes tacuerint, aut de compositione facta, aut, quod aliis similis gratia facta sit, quæ possent Principem retardare à concessione, *juxta opt. text. in c. postulasti, & c. super literis, cum ibi not. per gloss. & Doct. maxime Fel. num. 8. de rescript.* quod si non admittatur hæc exceptio, tunc inquit Abb. posse appellari, quod non poterit, ubi per motum proprium exemit aliquos, nam in dubio standum erit verbis Principis; poterit tamen ad eum supplicari, *quod tandem admittit & monet ipse Fel.*

Fel. d. c. erit pri etiam præsur stare, a subsequ 5. tit. de dictis, c. etiam, d. tur reli tionem vanda o puto e licet B. tunc so ante co vident veleni ventio latius p 8. de pr eccles. ventio ter se o di pote d. l. eti Auth. hac, ve mus qu tendu liquos non au girur e quitur fiat ex Bellen cendum hujus

*Fel. d. c. accedentes, num. 8.* multo vero magis standum  
 erit privilegio, ubi adfit clausula *ex certa scientia*, hæc  
 etiam viam præcludit † ulteriori cognitioni, & facit 134  
 præsumere, quod Papa voluerit uti plenitudinis pote-  
 state, ut late ostendit *Staphil. de vi & effect. claus. vers.*  
*subsequenter, num. 6. & seqq. Ant. Gabr. com concl. lib.*  
*5. tit. de clausul. concl. 1.* Illud ergo certum sit ex supra-  
 dictis, quod si Papa post conventionem cum clero fa-  
 ctam, de certa summa aliquos eximat à decima, tenen-  
 tur reliqui, nisi nimium inde graventur solvere por-  
 tionem exemptorum; quod si nimium graventur, ser-  
 vanda erit distinctio Abb. superius opposita. Idemque  
 puto etiam si aliquis exemptus ante conventionem,  
 licet *Bal. in l. etiam, colum. ult. C. de execut. rei jud. velit,*  
 tunc solum onus spectare in solidum ad alios, quando  
 ante conventionem sunt exempti; quod idem tenere  
 videntur alii; quibus optime satisfacit *Bellen. loc. cit.*  
 vel enim loquuntur de onere, quod solvitur ex con-  
 ventione alteri privato, aut ex consuetudine; quod &  
 latius prosequitur distinguendo *Abb. d. c. accedentes, nu.*  
*8. de præscript. & c. pervenit, num. 16. & seqq. de immun.*  
*eccles.* quando autem facta est d. compositio, seu con-  
 ventio, qualiter † debeant illi, qui composuerunt in- 135  
 ter se onus decimæ inter se compositæ dividere, deci-  
 di potest *ex not. per Bart. d. l. 4 §. actor. ff. de re jud. Bald.*  
*d. l. etiam, colum. ult. & fin. C. de execut. rei jud. & in*  
*Auth. defuncto. C. ad Tertull. gloss. in c. cupientes. §. ad*  
*hac, verbo, discreta, de eiect. in 6. nos de hoc aliquid dice-*  
*mus quest. seq. conclus. 2.* Interim vero illud prætermitt-  
 endum non est, posse Episcopum una cum clero † a 136  
 aliquos eximere ex clero à decima Papali ad sui ipsius,  
 non autem Camere Apostolicæ præjudicium, ut colli-  
 gitur ex *Card. d. clem. præsentis, de cens. & latius prose-*  
 quitur *Bellen. d. tract. q. 60.* ubi tamen vult, quod id  
 fiat ex causa; quod etiam liquet ex iis, quæ tradit idem  
*Bellen. d. tract. q. 47. & Specul. d. tit. de cens. §. nunc di-*  
*tendum, vers. quid si universitas.* Pro complemento  
 hujus questionis videri possent nonnulla; Primo, † An 137

excommunicatus; Secundo, an intrusus, nullumque  
 138 habens jus in beneficio; Tertio, † an successor in be-  
 neficio, vel præcessor, ejusve heredes teneantur ad sub-  
 sidium seu decimam Papalem. Verum ne longum fa-  
 ciam, remitto te ad ea, quæ in materia charitativi sub-  
 sidii de excommunicato tradiderunt *Bellenz. d. tract.  
 de charit. subsid. q. 33. Remig. de Gonn. q. 40. de intruso,  
 seu etiam de eo, qui sine culpa non possidet. Bellenz. q. 34.  
 Remig. q. 41. & 42. de successore. Bellenz. q. 51. Remig. q.  
 43. ubi id late & optime expediunt.*

QUÆRO QUARTO, De modo servando in solutio-  
 ne decimarum Papalium.

PRIMA CONCLUSIO. Regulariter non potest  
 139 † collector decimarum componere cum iis, qui solve-  
 re debent, de aliqua certa summa, nisi hoc specialiter  
 fit ei demandatum; *ita habetur in cit. extrav. un. Bonif.  
 VIII. quam nemo ad hoc allegavit, de decim. ad fin. vers.  
 illi quoque, inter commun. in hac verba, Illi quoque, qui  
 dubitati fuerant ad collectionem decime cum eis, qui  
 debent solvere decimam, de aliqua certa summa solven-  
 da, pro decima nequeunt convenire. Idem not. Bellenz.  
 d. tract. de charit. subsid. q. 48. num. 8. Remig. q. 46. nu. 2.*

140 Quod tamen declaratur primo, nisi etiam haberet †  
 generale mandatum cum libera, ut *ibid. Bellenz. &  
 Remig. adnotarunt per tex. in c. qui ad agendum, in si. de  
 procur. in 6. & l. mandato generi, ff. de procurat. cui ego  
 addo tex. sing. in l. procurator cui, ff. eod. Declaratur se-*

141 cundo, nisi haberet † generale mandatum ad exigen-  
 dum ubicunque locorum, vel saltem alicujus magnæ  
 provinciæ, eaque compositio tendere ad commodum  
 Papæ, seu Cameræ. *Illud Bellenz. d. n. 8. per text. in l. nam  
 & nocere, ff. de pact. & l. cum hi. §. eam transactionem, ff.  
 de transact. l. non eo minus, C. de transact. gl. in c. 1. ver-  
 bo, vacante, ne sed vac. facit & tex. in l. solutū, §. fin. cum  
 leg. sequenti, qua incipit vel universorum, ff. de pign. ad.  
 l. jusjurandum, quod ex conventionem, §. fin. ff. de iurejur.  
 & in l. adiles, la. 1. §. procuratoris, ff. de edil. edict. Quod*

142 idem fortius † dicendum esset in Camerario Papæ,  
 qui

qui est Præpositus, & quasi administrator bonorum Papalium temporalium, ut *ibid. tradit Bellenz. per opt. tex. in l. i. in princ. ff. de off. procur. Casar.* Princeps vero secularis, cui per Papam ad tempus concessæ fuerunt decimæ beneficiorum sui domini, *juxta text. in clem. fin. & ibi gloss. & Doctor. de decim. licite potest* † 143 † componere super decima cum beneficiatis; *ita Bellenz. d. q. 48. nu. 10. quod etiam ante eum docuit Paul. d. clem. fin. & ibi Card. q. 5.*

SECUNDA CONCLUSIO. Quoad distributionē oneris decimæ inter beneficiatos non exemptos mihi videtur † ita distinguendum; aut enim imposita fuit 144 † decima, seu plures decimæ super vero valore beneficiorum, non obstante quacunque taxa; aut sumus in casu, quo taxa servanda est *juxta ea, quæ dicemus in sequen. conclusione.* Primo casu, siquidem † nulla compositio 145 † super inde fiat cum Camera Apostolica, singuli tot decimas solvere debebunt Collectori de vero valore reddituum suorum beneficiorum, quot impositæ fuerunt; solventium tamen decimam, electioni, seu arbitrio committetur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quo durabit decima pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis proventuum eorundem; sed una via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo; fierique & redigetur per Collectores in scriptis electio hujusmodi *expresse* in prima solutione decimæ supradictæ; alioquin *juxta* æstimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur; Illi autē qui elegerint solvere decimam, pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendere debent proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & solvent decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem, dum tamen in fraudem decimæ nihil agatur: Quæ quidem moderatio, ac declaratio ad verbum habetur *in d. extrav. unic. circa princip. vers. solventium decimam, cum sequenti, qui incipit, Declaramus autem.*  
Rursus,

Rursus,



Rursus si compositio aliqua facta est cum Camera in certa summa, ad ratam veri valoris cujusque beneficii in singulos eadem summa erit distribuenda. Secundo vero casu, ubi servanda sit aliqua taxa, & ad sit similis compositio, tunc si ve ea præscripta sit, si ve non, dummodo sit rationalis, in singulos quoque beneficiarios ad ratam ejus, quod in taxa descriptum est, summa conventa dividenda erit, prout nuperrime factum est in compositione diœcesis Mediolanensis super decima imposita per S. D. N. Clem. VIII. Si autem nulla ad sit compositio, solvere quisque debet decimas impositas, juxta legitimam, consuetam, & præscriptam ratam, cum tunc agatur de præjudicio Camera Apostolicæ, de qua taxa latius dicam *in 4 conclus.* Quod 146 vero regulariter † ad ratam beneficii solvi debeat decima, probatur ex l. *rescripto*, ff. *de muner. & honor.* ex qua not. Bart. *in l. 4. §. actor. num. 4 ff. de re jud.* in dubio collectam imponi pro juribus patrimonii; quod idem not. Bald. ad id allegans alia jura *in l. etiam, colum. pen. & fin. C. de execut. rei judic.* Est autem decima Papalis onus mere patrimoniale, ut tradit Bart. *in l. placet, nu. 11. C. de sacros. eccles. faciunt & opt. text. in c. sopita, & c. cum instantia, de cens.* per quæ jura gloss. post alios *in c. cupientes, §. ad hac, verbo, discreta, de elect. in 6.* distinguens de triplici genere expensarum; dicit, quod in expensis, quæ fiunt in causis vel negotiis, generaliter ad totam ecclesiam pertinentibus, fit contributio secundum facultates, ut qui plus habet, plus solvat; pro quo etiam alia quædam similia adducit, quæ multum non urgent.

TERTIA CONCLUSIO. Decimæ Papalis solutio 147 † fieri debet, non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, puta in vino, grano, &c. sed in pecunia numerata; ita expressis verbis disponitur *in d. extravag. unic. vers. fiet autem solutio, idq; etiam adnotavit gloss. d. clem. fin. verbo monetam, & ibi alii, de decim. Bellenz. d. tract. de charit. subsid. quest. 83.* Exhiberi autem non 148 debet decima, nisi in pecunia, quæ communiter † currat

currat de mandato domini terræ, & quæ est moneta  
in locis, in quibus consistit fructus, & redditus, unde  
decima persolveretur; neque aliqui cogi debent † eam <sup>149</sup>  
pecuniam cambire, seu permutare; ita quoque decer-  
nitur in ead. extrav. vers. pro decima, & not. Doct. com-  
muniter d. clem. fin. Quid autem dicendum sit, si duæ  
monetæ pariter † currant in loco communiter, alte- <sup>150</sup>  
rave magis; aut si post tempus taxationis, vel dati pri-  
vilegii minoretur, aut alias mutetur, quomodo facien-  
da sit solutio; & de aliis similibus quæstionibus, quo-  
niam non ita necessariæ, & quotidianæ sunt, remitto  
te ad not. per gloss. & Doct. maxime vero Card. Imol.  
& Anch. d. clem. fin. de decim. Bellenz. d. tract. q. 84. 86.  
& 87. & Doct. quos ii allegant, & Ant. Gabr. com. concl.  
lib. 3. tit. de solut. concl. 1. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. Quamvis nulla taxa  
† attendi debeat in solutione decimæ, ubi Papa eam <sup>151</sup>  
imponit, & exigere expresse vult non attenda ulla taxa,  
etiam consueta, & legitime præscripta, tum quod de-  
cima hæc intelligitur habito respectu ad veram quan-  
tatem fructuum, ut inter ceteros docet Bellenz. d. tract.  
q. 82. num. 9. tum propter plenam, & absolutam pote-  
statem, quam habet summus Pontifex in beneficiali-  
bus, de qua per tex. & Doct. in c. 2. de præbend. in 6. Ant.  
Gabr. com. concl. lib. 3. tit. de jur. quas. non toll. concl. 1.  
nu. 9. latissime Petr. Cened. in Collect. ad jus can. collect.  
21. numero 1. 3. par. attamen, ubi simpliciter imponitur  
decima super beneficii, eorumve redditibus, & fructi-  
bus, tunc † attendi potest, ac debet taxa beneficiorum <sup>152</sup>  
consueta in partibus, ut habetur in clem. fin. de benef.  
quæ licet vere loquatur solum in decimis beneficio-  
rum, quæ aliis conceduntur, nihilominus Doctor. ibi  
communiter eam etiam intelligunt in decimis, quæ  
per Papam exiguntur. Imo id quoque aperte colligi-  
tur ex ipso text. dum dicit, secundum taxationem de-  
cima in illis partibus consuetam, communiter illa deci-  
ma levari poterit, & debet; supponitur enim esse taxa  
aliqua in partibus, qua servetur in exactione decima,  
que

que

- qua per summum Pontificem exigitur; quod idem habetur in extrav. postulasti, de prabend. & dig. in commun. ibi, super fructibus beneficiorum, qua ita reperies in solutione decima, juxta verum taxata valorem, &c. nec non in extrav. Io. 2. 2. qua incipit suscepti, de elect. qua ferre ad verbum repetita est sub tit. ne sed vac. & pariter incipit suscepti, in extrav. un. inter commun. vers. nos de illo, ibi, nihil exinde ultra summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decima solutione taxari, &c. Dicitur autem † haec taxa consueca, quae est legitime praescripta per 40. annos, ut not. gloss. d. clem. fi. in verbo, consuetam, quam ibi sequuntur Doct. communiter, alia gloss. quam nemo allegavit in d. extrav. suscepti, vers. nos de illo, in ver. consuevit. sub tit. ne sed. vac. in commun. eandem sententiam sequitur communem eam dicens Bellenz. d. tract. q. 82. num. 8. & 13. pro qua etiam est optimus tex. in c. cum de beneficio, de praben. in 6. ubi consuetum dicitur, ubi legitima praescriptio est completa; legitima autem praescriptio
- 154 † in rebus ecclesiasticis est quadragenaria, ut patet ex c. dilecto, & c. ult. de consuet. c. cumana, de elect. c. cum ecclesia, de caus. possess. & propr. juncto cap. de quaris, & c. ad aures, de praescript. & ubiq; per Doct. Et ratio etiam ejus sententiae esse potest, siue quia consuetudo haec fit contra jus, quoniam de jure decima solvi debeat, habito respectu ad veram quantitatem fructuum, ac reddituum, ut dictum est; ideoque consuetudo, quod stetur taxationi praecise non attento valore fructuum, & eorum quantitate, satis possit dici contra jus commune, atque adeo requiratur in ea tempus 40. annorum, juxta text. cum ibi not. per Doct. communiter in c. fin. de consuet. siue quia haec consuetudo, licet non sit contra jus, tamen tangat jus ecclesiarum, earumque
- 155 bona, ideoque requiratur † spatium 40. annorum, juxta sing. Rot. Rom. decis. qua est 6. de consuet. in no. Innoc. in c. cum dilectus, ad fin. de consue. & ibi Host. & Io. An. cum alius adductus per Bellenz. d. q. 82. num. 6. & laius per nos in tract. de Option. c. 2. q. 2. num. 9. Quod vero
- agatur

agatur de præjudicio ecclesiarum patet: aut enim taxa  
 excedit verum annum valorem, prout contingere  
 potest propter decreſcentiam, ac diminutionem fru-  
 ctuum ex alluvione aliqua partis bonorum, aut simili  
 caſu; vel de hoc etiam dubitatur, & tunc agitur de præ-  
 judicio illarum ſingularum eccleſiarum: aut taxa non  
 attingit verum annum valorem, ſed ab eo longe di-  
 ſtat, quia valde excreverint fructus, quoniam ex allu-  
 vione pars bonorum, & fundi acceſſerit, ſimilive de  
 cauſa; & tunc agitur de præjudicio Camere Apoſtoli-  
 cæ. Sed quia de modico † præjudicio eccleſiæ Romanæ 156  
 agitur, minusque principaliter, cum neque de perpe-  
 tuo jure illius agatur, & ut plurimum ad opem Chri-  
 ſtianis Principibus ferendam imponatur; ideo non re-  
 quireretur centenaria præſcriptio, *juxta ea, qua late tra-*  
*dit Didac. Covar. relect. reg. Poſſeſſor, 2. par. §. 2. n. 6. de*  
*reg. jur. in 6. cum alioqui contra Romanam eccleſiam*  
 centenaria præſcriptio requiritur, cum de ejus juribus  
 præſcribendis agitur, *Auth. quas actiones, C. de ſacroſ.*  
*eccl. c. ad audientiam, & c. cum nobis de præſcript. cum*  
*ibi not. per Doct.* Illud ergo expeditum ſit, † taxam niſi 157  
 præſcripta ſit 40. neque beneficiatis neque Camere  
 præjudicare; ubi vero taxatio non eſſet obſervata ſpa-  
 tio 40. annorum dicunt Doct. in illa clem. fin. *de de-*  
*cim.* quod collector non teneretur ſtare illi taxæ, ſed  
 poſſet exigere decimam, ſecundum verum valorem be-  
 neficiorum; quibus tandem accedit Bellenz. *d. q. 82. n.*  
*14. ubi num. 11. idem jure optimo ſtatuit in beneficia-*  
*tis, quod neque ipſi illi taxæ teneantur ſtare, ſed poſ-*  
*ſint, ſi velint, ſolvere ſecundum verum valorem, ut æ-*  
*qualitas ſervetur, c. 2. de mut. pet. & c. cum inter, de ex-*  
*cept. & tot. tit. ff. quod quiſq; jur. cum ſimilib. idq; ſatis*  
*aperte tenet gloſſ. d. clem. fin. verbo, taxationem, de de-*  
*cim. quam ſequitur inter alios Gig. tractat. de penſion. q.*  
*62. nu. 13.* Difficultas vero non levis eſt, utrum unicus  
 actus ſolutionis ſufficiat, poſt quem tranſacti fuerint  
 40. anni, an vero plures requirantur? Et quidem Bel-  
 lenz. *d. q. 82. num. 12. & duobus ſeqq. aperte tenere vide-*  
 tur,

tur,

- tur, quod non sufficiat unicus per tex. *in c. olim, de cen-*  
*si. ubi inquit, in solutione census non attenditur ulti-*  
*ma prestatio, sed quod fuit observatum spatio 40. an-*  
*norum; quod etiam ex eo confirmari potest, quod con-*  
 158 *suetudo* † regulariter per unicum actum non induci-  
 tur, l. 1. & 2. C. *quæ sit long. consuet. cum aliis per nos ad-*  
*ductus in d. tract. de Opt. c. 2. q. 2. num. 30. & consuetum*  
 159 *in pluribus juribus* † verificari voluit Roch. Curt. *adit.*  
*de consuet. in prefat. numero 32. & 34. post Bart. in l. 1. C.*  
*quom. & quan. jud. & per tex. d. l. 1. & l. 3. C. de Epis. aud.*  
 160 *Contrarium tamen* † ego puto verius, tum per ea quæ  
 ipse Bellen. arguendo adducit, neque solvit, nimirum  
 per tex. *in l. mella, § sed si alimenta. ff. de alimen. & cib.*  
*leg. l. si mulier, in princ. ff. de relig. & sumpt. funer. ubi in-*  
 161 † *solutione, aliisque in rebus attenditur, quod ultim-*  
*est observatum; & per id, quod not. Bal. in l. binos, ver-*  
*sed ponamus, C. de advoc. divers. jud. ubi ait, quod si of-*  
*ficiali promissum fuit salarium consuetum, & reper-*  
*tur, quod vario modo præteritis temporibus fuit so-*  
*lutum, intelligitur promissio de salario, quod ultim-*  
*loco fuit solutum officiali; tum quod quisque manute-*  
 162 *nendus est* † *in sua possessione, c. consultationibus, de*  
 163 *jure patr. & c. cum olim, de ca. possess. & propr. & tunc* †  
 unicus actus præjudicat, per ea quæ tradit Curt. *c. su-*  
*sect. 4. num. 79. 81. & 82. ex nuper impressis, de consuet.*  
*rum ex auctoritate Rot. Rom. in decis. 44. de concess.*  
*prebend. alias 66. in antiq. & incip. nota, quod ubi bene-*  
 164 *ficiū, ubi not. quod* † si beneficium est semel taxatum  
 per illos, qui potestatem taxandi habent, ex tali taxa-  
 tione beneficium videtur taxatum, nisi aliquis actus  
 interveniat contrarius taxationi; & posito quod per  
 multos annos steterit, quod decima pro illo beneficio  
 soluta non fuerit, nisi pro illa vice, pro qua fuerit taxa-  
 tum, non ideo minus vires habet taxatio semel facta,  
 quia si postea Papa non indiguit decimis, non propter  
 hoc videtur remisisse, quin taxatio prius facta valeat,  
*arg. l. in filiis, C. de decur. lib. 10. Hæc sunt verba Rotæ,*  
 ex quibus colligit Bellen. *loc. cit. eam sentire, quemli-*  
 bet

bet actum ultimum taxationis intra 40. annos atten-  
 dendum esse, sed ego potius eam intelligo de actu uni-  
 co, post quem transacti deinde sint multi anni, hoc est  
 44. absque ullo actu contrario, ne adversetur commu-  
 ni sententię. Quę etiam tam Rotę, quam nostra opi-  
 nio contra Bellen. optime comprobatur ex *tex. in d. c.*  
*cum de beneficio, in primo respons. de præbend. in 6.* ubi  
 inquit Bonif. VIII. cum de beneficio ecclesiastico con-  
 sucto clericis secularibus assignari, provideri manda-  
 tur, de illo debet † intelligi, quod tanto tempore ab 165  
 uno, vel pluribus secularibus clericis institutis in eo  
 rectoribus extitit continue, ac pacifice gubernatum,  
 ut præscriptio legitima (hoc est 40. annorum, *ut ibi ex-*  
*ponit gloss. Archid. & alii*) sit completa, per quem *text.*  
*tum ibi, tum in c. si de consuet. not. Doct. communiter,*  
*ex unico actu successivo † cōsuetudinem induci, quos 166*  
*etiam refert, & sequitur Curt. d. sect. 4. num. 43. & 83.*  
 Quomodo etiam solvuntur contraria, quę procedunt  
 aut in actu momentaneo, aut ubi postea non accesserit  
 spatium 40. annorū, cum pacifica possessione, pro-  
 ut in casu nostro. Ceterum quoniam, ubi beneficium  
 aliquod, vel etiam pleraque, aut omnia taxata non  
 sint, taxatio † de novo facienda est, ut concludunt Do- 167  
 ctores communiter *d. clem. fin.* quos etiam sequitur  
 Bellen. *d. tract. de charit. subsid. q. 80. in princip.* Ea fiet † 168  
 hoc modo; Ille enim ad quem spectat fructuum bene-  
 ficii perceptio, ac decimę solutio, jurabit, quantum  
 valere possint fructus illius anni, & stabitur ejus jura-  
 mento, nisi probari possit major valor reddituum, &  
 postea fiet taxatio; & hoc casu juramentum præcedet  
 taxationem, cum alioqui taxatio † præcedat juramen- 169  
 tū. *c. super eo, de hi, qua vi, metu sive ca. fi. Ita Guiliel. de*  
*monte Laud. quem ibi sequitur Imol. num. 9. Card. q. 1.*  
*& alii, sive quia hic juret ut testis, d. autem c. super eo,*  
*ut principalis, prout voluit Card. loc. cit. quem tamen re-*  
*fellit Bellenz d. q. 80. numero 5. sive quia communis est*  
 Doct. sententia, quod quando non est præstandum ju-  
 ramentum affectionis, sed veritatis, prout hic super ve-  
 ritate

ritate quantitatis fructuum annuorum, semper juramentum debet præcedere taxationem, quia alias detegeretur verecundia, & turpitudine jurantis, cujus juramento lex voluit stari, prout voluit gloss. *in c. i. verbo docuerit, de elect. in 6. Bart. Auth. hodie per illū textum, C. de jud. cum aliis plerisque, quos refert, licet discutere videatur Bellenz. d. num. 5. nisi velimus cum eodem Bellenz. nu. 6. requirere, seu admittere duplicem taxationem, ita ut una præcedat, altera sequatur juramentum, per ea, quæ late deducit Bellam. decis. 721. quæ incipit, ad estimationem injuriæ, contraria tamen servatatione, ut sicut ibi vult, à judice taxandam prius esse summam, citra quam juret offensus de damno; ita hic collector taxet summam verisimilem reddituum, deinde deferat beneficiato, ab eoq; recipiat juramentum, quæ summa seu quantitas reddituum ultra illam percipiatur ex beneficio; postmodum eam quantitatem ad certam pecuniæ summam redigat, eamq; taxet pro solvenda decima. Ad prædictam autem taxationem*

- 170 † vocandi sunt omnes, quos taxatio tangit, ut optime adnotavit Bellenz. *d. tract. q. 81.* ubi etiam post Laud. Imol. & Card. *d. clem. fin. q. 10.* infert, quod si duo sunt Prælati in aliqua ecclesia parochiali, ut Rector, & vicarius, qui ex antiqua ordinatione ecclesiæ colligit omnes fructus, de quibus annuatim solvuntur Rectori centum, residuum remanet vicario, ipse vero Rector debet solvere decimam pro rota ecclesia, fieri debet taxatio, cum eo, qui colligit fructus vocato eo, qui
- 171 solvere debet decimam. Poterit autem collector † hujusmodi beneficia taxare, quæ non reperit taxata, absq; speciali mandato, ut late, & optime comprobatur Bellenz. *d. tract. q. 85. per totum.* Atque hæc de hac conclusione.

- QUINTA CONCLUSIO. Potest is, qui solvere debet decimam Papalem, objicere † exceptionem compensationis de eo, quod sibi debetur à Camera Apostolica; ita Bellenz. *d. tract. q. 53. per tex. in l. idem juris.*
- 173 & *l. fin. ff. de compens.* ubi etiam Fisco † objicitur compensa-

pensatio, dum tamen debitum sit ex eadem statione, non diversa, ad vitandam confusionem officiorum, l. 1. ubi Bald. & ceteri, C. de compens. debet autem de huiusmodi debito Camerae fieri fides infra duos menses, juxta l. auferatur, §. quia compensationem ff. de jur. fisc. & l. fin. juncta gloss. in ver. indaginem, C. de compensation. nisi tamen judex breviorum terminum statueret ad probandum, quod facere posset, ut post Bald. in ea C. de compensat. in his terminis tradit Bellenz. d. q. 53 numero 1.

SIXTA CONCLUSIO. Decimæ solutio facienda est † sine ulla deductione aris alieni; ita expresse definitur in alleg. extrav. un. vers. ratione autem, de decim. 174 in hæc verba; *ratione autem aris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiam si certa res ecclesiastica propter hoc à quoquam fuerint obligata.* Idem etiam sentit Bellenz. d. tractat. de charit. subsid. q. 62. quam totam ad verbum refert non dissentiens Remig. de Gonn. in simil. tractat. q. 53. dum tradit, quod si Episcopus nomine proprio, vel collector nomine Papæ exigat subsidium charitativum à subditis beneficiatis, & eodē tempore concurrant creditores clerici, petens subsidium debet præferri creditoribus, quoniam ante omnia solvi debet † census superioris, secundum Io. An. Butr. & alios in c. eam te, de at. & qual. ord. & Archid. in c. cum singula, circa medium, de prob. & in 6. & per alia, de quib. per Bellenz. loc. cit. 175

SEPTIMA CONCLUSIO. Expensæ † necessariae, 176 quæ fiunt gratia colligendorum fructuum, deducendæ sunt in solutione decimarum: ita habetur in d. extrav. versicul. in solvendo decimam, cujus sunt hæc verba, *in solvendo decimam supradictam sola expensæ necessaria, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi deducuntur; idem not. gloss. d. clem. fin. in verbo taxationem, & ibi Imol. num. 9. Card. quest. 5. & ceteri, Butr. post Doct. in c. cum homines, de decim. Bellenz. d. tract. q. 69. Gig. in tract. de pens. q. 62. num. 14.*



- Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. nu. 15. Rebus. consil.*
- 177 125. num. 8. Expensæ autem, quæ fiunt † in castrorum custodibus, etiam si majores sint solito, cum fiant extra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel consuetis,
- 178 vandis, nullatenus deducuntur; sicut † nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris, seu etiam cavaleriis, ut verbis urar Bonifacii, qui id omne statuit, ac declaravit *in d. extrav. unic. vers. expensa autem, circa medium, & vers. nec etiam illa, ad finem.* Illæ quoque †
- 179 expensæ, quæ fiunt pro fossatis ( ut loquitur, & decernit Pontifex *d. extrav. versic. Illa quoque, expensa* ) & alias pro terris ædificandis, ut uberiores fructus producant, & illæ, quæ fiunt in conservandis, & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum, & similium, ex quibus fructus, & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valent, de decima minime deducuntur; hucusque Bonifacius
- Qui quidem in ea extrav. nonnulla alia decernit, ac
- 180 statuit † circa expensas deducendas, aut non deducendas, quæ nos *superius, hoc ipso cap. quæst. 2. conclus. 2. & sequentibus.* suis locis apposuimus, dum ea recensere mus, ex quibus solvuntur decimæ istæ Papales. Atque hæc de hac quæstione sufficiant.

QUÆRO QUINTO, ET POSTREMO. *De modo procedendi circa harum decimarum exactionem.*

- PRIMA CONCLUSIO sit de qualitate collectoris. Collector Papæ † iudex est delegatus, & habet jurisdictionem; *ita tenuit Rot. Rom. decis. 12. de præb. alias 207. incipit, licet juxta ordinationem, in nov. & post eam, licet perperam allegatam, Bellen. d. tract. de char. sub. q. 94. quamvis eadem Rot. decis. 9. de off. deleg. in nov. aliter sensisse videatur, dum eum appellat negotiorum gestorem.* Probatum autem nostra conclusio; Primo, quia
- 182 etiam procurator Fisci utitur † jurisdictione, & officio judicandi, *l. 1. & 2. & l. cum vendente, C. ubi ca. fisci, & si ea quæstio, C. de his, qui ut indig.* Secundo, quia vide-
- 183 mus collectorem ex stylo curiæ ( qui quidem † attendendus est, *c. quod translationem, de off. deleg. cum similibus.* )

*mil.) deputari † cū facultate exercendi censuras, quod 184*  
*infra latius prosequemur; hujusmodi autem facultas*  
*aperte supponit † jurisdictionem ordinariam, aut de- 185*  
*legatā, ut patet ex tex. in c. 1. c. praterea, & c. ex literis, de*  
*off. deleg. c. cum ab ecclesiarum Prelatus, de off. ordin. c.*  
*cum in ecclesia, de major. & obed. estque communis tam*  
*Theologorū in 4. sententia, distinct. 18. ubi D. Thom. q. 2.*  
*art. 2. quam Canonistarū in d. juribus, ex quibus pluri-*  
*mos refert, & sequitur Covar. in relect. c. alma mater, 1.*  
*par §. 11. num. 1. & seqq. de sent. excom. in 6. Est autem*  
*collector † iudex delegatus, non autem ordinarius, cū 186*  
*neq; jurisdictio eorum concurrat in omnib. cum ordi-*  
*nariis, sicut † jurisdictio legatorum, juxta tex. & quod 187*  
*ibi tradunt Doct. in c. 2. de off. deleg. libr. 6. & Specul. tit.*  
*de legat. §. nunc videndum, vers. legatus, licet impro-*  
*prie collectores vocentur † nuntii Sedis Apostolicæ, & 188*  
*gaudeant certis privilegiis, & honoribus, ut voluit Rot.*  
*d. decis. 12. de prebend. in no. neque deputati sunt, aut de-*  
*legati † ad universitatem causarum, sed potius ad u- 189*  
*num negotium decimarum, per ea, qua not. Bart. in l. 1.*  
*in fin. ff. quis & à quo appell. gloss. in clem. & si principa-*  
*lis vers. foraneo, de rescript. Imol. & Doct. in c. quoniam*  
*Abb. de off. deleg. sed si aliquam universitatem habet,*  
*ea est personarum, non causarum; quo casu † censetur 190*  
*quis factus iudex delegatus, non ordinarius, ut patet ex*  
*text. in c. ut officium, de heret. in 6. cum aliis, de quibus*  
*late per Menoch. de presunt. libr. 2. presunt. 16. num. 31.*  
*Accedit & illud, quod sicut delegatus potest † com- 191*  
*pelli ad recipiendā delegationem, c. pastoralis, & c. ja-*  
*ne, de off. deleg. ita etiam collectoris, & subcollecto-*  
*ris officium conferri potest † in invitum, ut singula- 192*  
*riter decidit Rot. Rom. d. decis. 12. num. 1. de praben. in no-*  
*quam etiam sequutus est Cassad. decis. unic. num. 4. sub*  
*tit. de verb. sign. Opinio autem illa, quæ vult collecto-*  
*rem solum esse † negotiorum gestorem, forte proce- 193*  
*deret, quando collectores deputarentur sine facultate*  
*coercendi per censuras, prout hodie nullus deputatur;*  
*eademque ratione, quando subcollector deputaretur,*

- ut merus, ac nudus exactor, quod & Bellenz. d. q. 94. n. fin. adnotavit. Ceterum ex eo, quod supra admonuimus, & inferius latius ostendemus, collectorem habere facultatem exercendi censuras contra non solven-
- 194 tes; illud plane sequitur, laicum non posse esse collectorem, quod in terminis tradidit, & latius probat Bellenz. d. tract. q. 105. laicus enim regulariter non est ca-
- 195 pax jurisdictionis ecclesiasticæ, neque potest censuras exercere, ut optime & fuse probat Covar. de resect. alma mater, 1. par. §. 11. n. 3. Abb. c. 2. nu. 5. de iud. Hinc
- 196 est quod communiter dicitur, laicum non posse esse vicarium Episcopi, quod tradit Abb. d. c. 2. nu. 9. & 11. ubi Fel. nu. 6. Dec. num. 15. idem Abb. in c. cum causam, nu. 9. de elect. Franc. Marc. decis. Delph. 1001. in 1. par. & alii, quos referunt, & sequuntur Bertach. tract. de Episc. tit. de vic. Episc. num. 14. Rebus. in praxi benefic. tit. de vic. Episc. nu. 11. Camil. Borel. in tractat. de compromiss. §. 2. gl. 1. num. 85. noviss. Iacob. Sbroz. in tractat. de vic. Episc. q. 31. num. 2. & seqq. lib. 1. quamvis forte posset laicus
- 197 cus & ex speciali permisso Papæ esse vicarius Episcopi, ut late tradit Sbroz. d. q. 31. nu. 13. & duobus seqq. & censuras exercere, ut voluit gloss. in §. verum, 32. dist. & c. bene quidem 96. dist. Abb. d. c. 2. num. 5. de iud. & c. causam qua numero 3. de prescript. quem sequitur ibi Fel. nu. 6. ubi quamplures alios ad id refert. Unde potest etiam laicum ex certa scientia per summum Pontificem
- 198 deputari & collectorem cum jurisdictione, & coëctione voluit Bellen. d. q. 105. num. 3. de quo ego in præsentia disputare non intendo; fat vero nobis sit, laicum regulariter non posse censuras exercere, atque adeo neq; collectorem aut subcollectorem esse cum coëctione, sed solum merum, ac nudum exactorem
- 199 decimarum, quod bene potest & laico demandari, ut etiam adnotavit Bellen. d. q. 105. nu. 2. & colligitur ex Butr. d. c. 2. Archid. in c. nova, 16. q. 7. & Rom. conf. 268. Illud demum circa qualitatem collectoris
- 200 adnotare lubet, eum debere & transcendisse ætatis annum 18. nisi Papa ex certa scientia deputaret existentem

tem i  
repti  
proba  
de off.  
deleg  
debet  
statut  
rurus  
vel of  
non fi  
vel P  
rescri  
quanc  
collec  
Bellen  
collec  
ad nu  
nume  
nullo.

S E  
ne spe  
Bellen  
itē si c  
leg. &  
finon  
poter  
procu  
nis, &  
plure  
& sec  
vis &  
tur re  
ro pri  
colle  
pore  
l. à ju  
off. de  
& ali

tem in inferiori aetate, alias deputatio censeretur subreptitia; ita in specie Bellenz. d. tract. q. 108. in princ. id probans per tex. à contrario sensu in cap. cum vigesimū, de off. deleg. ubi id clarius notarunt Abb. & Imol. in † 201 delegato, qualis est collector, ut supra diximus. Imo debet esse ea persona † qualificata juxta tenorem, c. 202 statutum §. 1. de rescript. in 6. ut nimirum sit vel constitutus in dignitate, vel canonicus ecclesie cathedralis, vel officialis Episcopi; Religiosus quoque debet esse non simplex professus, sed qualificatus, puta Abbas, vel Prior conventualis, juxta clem. & si principalis, de rescript. quod idem esset in † subcollectoribus eorum, 203 quando eis tradita esset tota potestas competens ipsis collectoribus, per tex. d. c. statutum, §. in nullo, ita tradit Bellenz. d. q. 108. num. 2. & 3. secus vero esset † ubi tam 204 collector, quam subcollector deputatus solum fuisset ad nudum ministerium exactationis, ut not. Bellenz. d. numer. 2. per ea, qua tradunt Archid. & Gemin. d. §. in nullo.

SECONDA CONCLUSIO. Potest collector † si- 205 ne speciali commissione subcollectorem deputare; ita Bellenz. d. tract. q. 106. in princ. post Rot. decis. 256. incip. itē si collector, in no. que apud me est. 265. seu 9 de off. deleg. & incipit, si collector, in no. Imo dicit ibi Rot. quod si non fuerit † limitata facultas unicum substituendi, 206 poterit plures substituere, per tex. in c. 1. cum ibi not. de procur. in 6. quin etiam in casu hujusmodi limitationis, & restrictionis facultatis cōcludit, posse adhuc † 207 plures successive subcollectores ab eo constitui, quod & sequuntur ibi Add. & Bellenz. d. q. 106. nu. 4. quamvis † per unius substitutionem eo casu alter censere- 208 tur revocatus, ut ibid. ostendunt Rot. & Add. Ratio vero principalis conclusionis ea est; siue enim dicamus, collectorem esse delegatum Papæ, ut supra ostēdimus, poterit subdelegare vices suas, & substituere aliquem, l. à iudice, C. de jud. & c. super † questionum, §. 1 & 2. de 209 off. deleg. cum simil. siue etiam dicamus cum Rot. loc. cit. & aliis, eum esse negotiorum gestorem, & procurato-

- 210 rem Camerae Apostolicae, & tunc † etiam poterit, si ve-  
dicatur generalis procurator ad negotia, *l. si procura-*  
*torem, §. si quis mandaverit. ff. mand. l. 1. §. magistrum. ff.*  
*de exercitor. l. quicumq; §. fin. ff. de institor. c. 1. in fin.*  
*de procurat. in 6.* si ve etiam dicamus, illum procurato-  
rem esse specialem ad limitatum effectum levandi di-  
cimas beneficiorum, non ideo minus poterit subli-  
ruere, per ea, quae tradit Bart. in *l. fin. in fin. ff. de divers. c.*  
*tempor. p. script. c. Bald. in l. quod quis, C. de procurat.*  
*per tex. in c. is cui in 1. respons. de off. deleg. in 6. sed melior*  
*est in c. fin. 2. respons. de procur. eod. lib.* Prædictam au-  
tem conclusionem declara non procedere, ubi in de-  
211 putatione collectoris Papa † apponeret aliqua verba,  
ex quibus colligeretur, electam fuisse industriam per-  
212 sonae, ut si diceret, † *de tua prudentia, vel circumspetio-*  
*ne plenius confidentes, vel similia;* tunc enim non posset  
subcollectorem deputare, ut in specie monet Bellenz.  
*d. q. 106. nu. 5.* per ea, quae de subdelegato tradunt In-  
noc. & Imol. in *c. fi. de off. deleg.* ubi textus ipse in *§. fin.*  
disponit, tunc non posse fieri subdelegationem, cum  
electa est industria personae; quod idem de iis verbis  
in subdelegato scripserunt Andr. Gail. *pract. obser. lib. 1.*  
*obser. 97. num. 6.* & Menoch. *d. tract. de presumt. lib. 2.*  
*presumt. 2. n. 17.* c. *de arbitr. jud. lib. 1. q. 68. num. 11.*  
Idem quoque esset, si Papa diceret, *de fide c. legalitate*  
*tua confidentes,* tunc enim quoque electa esset indu-  
stria personae, Bellenz. *d. q. 106. num. 6.* per ea, quae de his  
verbis tradit Butr. *conf. 48. incipit absque diffusionem in*  
*fin. quod idem patet ex Menoch. d. numero 11.* Imo idem  
putarem, si onerata fuisset conscientia collectoris, iux-  
ta ea, quae late prosequitur Menoch. *d. presumt. 2. n. 16.*  
*c. d. q. 68. nu. 12.* aut dictum fuisset, *ipse faciat; vel*  
*suis manibus, seu per te ipsum, vel personaliter cognoscas;*  
*c. facias;* vel adsint verba geminata, maxime ex inter-  
vallo apposita, per ea, quae fuse, c. *optime more suo tra-*  
*dit Menoch. de presumt. 2. n. 6. usque ad 16.* In dubio  
autem non est dicendum, hoc casu electam fuisse in-  
dustriam personae; neq; enim puto hoc magnum esse,  
& at-

& ar  
vide  
10. v  
deleg  
refer  
68. u  
c. 1.  
nam  
cta c  
lios. d  
nullu  
duur  
magi  
deler  
vbi o  
oppo  
An v  
colle  
tione  
pulc  
subsi  
tame  
absol  
rem,  
simp  
lecto  
miru  
gulis  
ret es  
lenz.  
ris tr  
pote  
c. I  
T  
lecto  
volu  
266  
eam

& arduum negotium, in quo ea industria † electa esse  
 videatur, *juxta doctrinam. Bal. in l. liberti, libertaq, col.*  
*10. vers. quaro denuo, C. de oper. liber. Innoc. d. c. fin. de off.*  
*deleg. & Ias. in l. more, ff. de jurisd. omn. jud. nu. 65. quem*  
*refert & sequitur Menoch. d. presumpt. 21. nu. 4. & d. q.*  
*68. ubi alios recenset num. 15. quod & facit q. 54. num. 7.*  
 & 11. Nam licet † arbitrio judicis relinquatur, quod  
 nam arduum negotium sit, ita ut industria personę ele-  
 cta censeatur, *ut voluit Innoc. & Butr. d. c. fin. & post a-*  
*lios. Menoch. d. tract. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 205. num. 3.*  
 nullus tamen æquus judex arbitratur id negotii ar-  
 duum esse, cum decimas exigere, ac lavare † non sit  
 magnę industrię, sed facile possit per quemcumque fi-  
 delem fieri, ut etiam notavit Bellenz. *d. q. 106. n. 2. & 3.*  
 ubi optime quoque solvit quod de publico stipendio  
 opponi poterat, *ex l. per hanc C. de erog. mil. ann. lib. 12.*  
 An vero ubi plures subcollectores deputantur, ille sub-  
 collector, qui posterius deputatus fuit, non facta men-  
 tione de primo † censeatur revocatus, & quomodo,  
 pulcre, & late prosequitur Bellenz. *d. tractat. de charit.*  
*subsid. q. 109. ita ut ad eum te remittere sufficiat. Illud*  
*tamen unum te admonitum velim, quod dum refert*  
*absolute Rot. in superius alleg. decis. 267. tenentem prio-*  
*rem, subcollectorem censi revocatum, id non asserit*  
*simpliciter Rot. sed aperte loquitur in casu, quo col-*  
*lector habebat limitatam quoad hoc facultatem, ut ni-*  
*mimum non posset nisi unum subcollectorem in sin-*  
*gulis civitatibus, ac diœcesibus constituere; quod pa-*  
*teret ex ejus decis. initio, cujus verba retulerat idem Bel-*  
*lenz. q. 106. num. 4. Quando autem facultas collecto-*  
*ris transire † possit ad successorem in dignitate, colligi*  
 potest ex iis, quę tradidit Menoch. *d. q. 68. fere per totā,*  
 & Doct. *in c. quoniam Abb. de off. deleg.*

TERTIA CONCLUSIO. Facultas & potestas col-  
 lectoris † probanda est per literas, & non per testes; ita  
 voluerunt Do. de Rot. *decis. mihi, 10. de off. deleg. alias*  
*266. incip. dixerunt, & concluferunt, in nov. quamvis*  
*eam aliter alleget Bellenz. d. tract. q. 110. eandem opi-*

- nionem sequens *num. 1.* adducit autem Rot. *tex. in l. u-*  
*nic. C. de mand. Princ. & c. cum in iure, de off. deleg. & in*  
*extrav. Bonif. VIII. qua incipit in iuncta, & est l. de elect.*  
*in commun. quæ tamen loquitur non de deputatione,*  
 219 aut de delegatione aliqua, sed solum decernit, ne † Epi-  
 scopi, aliique Prælati ad proprias ecclesias accedant, in  
 iisque recipiantur, sine literis provisionis. Bellen. vero  
*d. num. 1.* inter alia adducit *tex. & ibi Bart. in l. prohibi-*  
*tum, circa fin. ibi, cum litteræ nostræ cognoverit, C. de iur.*  
*fisc. lib. 10. & l. 1. qua etiam unica est, Cod. de superinduc.*  
*lib. eod. idem post alios novissime tradit Mascard. tract.*  
*de probat. conclus. 317 num. 1. vol. 1.* Quod idem proce-  
 220 dit † in viro excelso, & honesta persona, ut patet ex  
 Bart. *in l. palatinos, C. de collat. fund. fiscal. lib. 11. Abb. in*  
*c. cum olim il. 1. de privil. cum aliis, quos ad id referunt,*  
 & sequuntur Menoch. *d. tract. de præsumpt. li. 2. præsum.*  
*15. num. 4. usq. ad 9. & Bellenz. d. q. 110. num. 6. & tri-*  
 221 *bus seqq.* dum illud probant, † delegato, etiam si per-  
 sona illustris sit, & honesta, non credi sine literis dele-  
 gationis ubi maxime agitur de præiudicio tertii, quod  
 non exiguum sit; quod cum in casu nostro eveniat, o-  
 ptime concludunt Bellenz. *loc. cit. & Mascard. d. concl.*  
*317. nu. 2.* quod etiam circumscripto stylo curiæ col-  
 lectori fides adhibenda non est, sine literis deputationis.  
 222 Hæc autem ipsa conclusio extenditur, † ut non  
 probetur collectoris facultas per transumpta literarum,  
 sed per originalia: ita in specie voluerunt Bellenz. *d. tr.*  
*q. 113. in princ. post Rom. cons. 356. circa primam con-*  
*sultationem, nu. 5. & post alios Mascard. d. conclus. 317.*  
*nu. 6.* pro quo optime facit *tex. in c. 1. de fid. instr. & l.*  
*sancimus, C. de divers. rescript. canonizata in cap. sanc-*  
*imus, 25. q. 2. & Auth. si quis in aliquo, C. de edend. qua*  
 223 jura dicunt † exhibenda esse originalia, non exempla-  
 224 ria. Quod ipsum tempera, nisi aut † transumptum fuis-  
 set nulla tunc lite pendente aliquod exemplum serva-  
 ta forma; *text. in c. fin. de fid. instr. ut per ea, qua ibi, & d.*  
*Auth. si quis in aliquo, tradunt Doct. voluit in hister-*  
 225 *minus Bellenz. d. q. 113. nu. 3. & 4.* aut sumtum fuerit †  
 ex

ex re  
 prob  
 curi  
 seqq.  
 dunt  
 621.  
 vero  
 quar  
 cima  
 pa ib  
 bari  
 & se  
 Spec  
 bus,  
 scien  
 pert  
 iure  
 quon  
 pote  
 idem  
 mar  
 colli  
 stes,  
 clara  
 riæ e  
 tenc  
 spec  
 ea, q  
 il 1.  
 cess.  
 ille  
 110  
 d. c.  
 bari  
 Ro  
 bet  
 ten  
 tot

ex registris bullarum Papæ; per tale enim transfutum  
 probaretur hujusmodi facultas collectoris saltem in  
 curia, ut in specie tradunt *Bellenz. d. q. 113. num. 6. &*  
*seqq. Mascard. d. concl. 317. nu. 7. & 8. juxta ea, qua tra-*  
*dunt Dom. de Rot. decis. 28. nota sumtum, de probat. alias*  
*621. in antiq. & aliis decis. de quibus per eos.* Declaratur  
 vero hæc eadem conclusio. Primo, ut non procedat,  
 quando collector † esset deputatus ad colligendas de- 226  
 cimas in curia Romana, seu ab ecclesiis illius urbis, Pa-  
 pa ibi existente; tunc enim talis deputatio poterit pro-  
 bari per testes, ut voluerunt *Mascard. d. concl. 317. n. 9.*  
*& seqq. & Bellenz. d. q. 110. num. 10. per ea, qua tradunt*  
*Specul. tit. de probat. §. videndum, vers. quid de auditori-*  
*bus, num. 3. Archid. in c. nobilissimus, 96. dist. Rom. in l.*  
*sciendum, colum. 12. num. 50 ff. de verb. oblig. Mil. in re-*  
*pertor. verbo probatio, delegationis, & Fel. in cap. cum in*  
*jure, num. 6. de off. deleg.* Cujus rei ea ratio affertur,  
 quoniam tunc ad summum Pontificem facile quisque  
 potest confugere, propter quam rationem putarem  
 idem dicendum, licet deputatus fuerit collector deci-  
 marum in Romana curia, & alibi; dum enim Romæ  
 colligit, ei adhibetur fides absque literis solum per te-  
 stes, sicut de transumto supradictum est. Secundo de-  
 claratur, ut sorte non procedat, † ubi literæ collecto- 227  
 riæ essent amissæ; tunc enim per testes probari poterit  
 tenor literarum deputationis, & earum amissio, ut in  
 specie limitavit *Mascard. d. concl. 317. nu. 11. & 12. per*  
 ea, quæ de delegatione † tradidit *Innoc. in c. cum olim,* 228  
*il. 1. de privil. quem sequitur Rot. decis. 21. n. 7. de con-*  
*cess. prob. in no. Bellam. decis. 595. & 611. & alii, quos*  
*ille refert; à qua tamen sententia discessit Bellenz. d. q.*  
*110. num. 9. quod ante eum in delegato voluit gloss.*  
*d. c. cum olim.* Subcollectoris vero facultas † bene pro- 229  
 bari potest per testes, ut in terminis voluerunt *Do. de*  
*Rot. d. decis. 10. num. 1. de off. deleg. in nov. & ibi Add. li-*  
 bet compilator † contrarium sentire videatur; sed idem 230  
 tenent, & late probant *Bellenz. d. tract. q. 111. nu. 1. per*  
 totam, & post alios *Mascard. d. conclus. 317. num. 15. &*



16. Et ratio clara est, quoniã cū hic casus non recipiatur  
 231 exceptus, stabimus regulæ, quod parem † vim habeat  
 in probatione testes, & instrumenta, *l. in exercendu, C. de fid. instrum. cum similib.* Alias rationes ad id adducit  
 232 Bellen. *d. q. 111.* ubi etiam probat † idem esse, si colle-  
 ctor deputeretur solum ad nudum ministerium, ubi sal-  
 tem quæritur solum de præterito, an quis fuerit col-  
 lector. Poterit etiam probari subcollectoris facultas  
 233 † per solas literas collectoris cum ejus sigillo, sine ma-  
 nu notarii, aut subscriptione testium; ita in specie do-  
 cent Bellenz. *d. tract. q. 114.* per totam, & Mascari. *d. con-  
 clus. 317. num. 3.* id autem probatur ex singulari dicto  
 Innoc. *in c. quoniam contra, post medium, de probat.*  
 quem sequuntur Archid. Jo. An. & Gemin. *in c. si à de-  
 legato, de off. deleg. lib. 6.* Buttr. *in c. post cessionem, col. 2. de probat.*  
 Do. de Rot. *decis. 17. nota, quod non creditur, de probation. alias 701. in antiq. decis. 7. utrum creda-  
 tur, de off. deleg. alias 574. in antiq. & decis. 10. voluerūt,  
 & ordinaverunt, vers. contra primam conclusionem, de probat. alias 348. in nov.* qui omnes in eo conveniunt,  
 234 subdelegationes † probari per sola sigilla delegatorum  
 subdelegantium. Neque obstant text. *in d. cap. quoniam contra, de probat. & c. cum à nobis, de testam.* ut  
 optime ostendit Bellen. *d. q. 114. num. 2.* ubi etiam pro-  
 bat hanc conclusionem omnino expeditam, & indu-  
 bitatam esse, si subcollector deputeretur tanquam nu-  
 dus exactor, *per tex. in l. 1. ff. de procur. & clem. 1. eod. tit.*  
 eoq; casu debet prius literas recipere, quã officium exer-  
 ceat; quod tamen indistincte tradit Mascari. *d. concl. n. 5.*  
 Illud demum in hac conclusione de facultate colle-  
 ctoris, ac subcollectoris omittendum non est; quod  
 ubi de illorum deputatione nullatenus neque per lic-  
 235 ras neque per testes constat, neque etiam † poterit per  
 communem hominum existimationem probari, *juxta  
 tex. in l. Barbarius, ff. de off. prat. ut in specie voluerunt,  
 & satis probant Bellenz. d. tract. q. 112. per totam, &  
 Mascari. d. conclus. 317. num. 17. & duobus seqq.* Ex  
 eo autem maxime id probatur, sive quia *d. l. Barba-  
 rius,*

rius, † non habeat locum in delegato, cum de ordina-  
 tio loquatur, prout inter ceteros voluit Innoc. in c. cum  
 dilecta, & c. sciscitatus, de rescript. & alii, quos refert  
 Ant. Gabr. com. concl. l. 1. tit. de probat. concl. 8. num. 31.  
 siue quia ibi supponitur deputatio, solumque aderat  
 vitium, & inhabilitas in iudice, quomodo etiam sol-  
 vuntur l. si arbiter, C. de sent. & interlocut. om. jud. & S.  
 tua, vers. verum, 3. q. 7. qui etiam textus loquuntur in  
 delegato. Et hoc est, quod post Fel. d. c. cum dilecta, &  
 c. sciscitatus. ac Paris. cons. 136. volum. 4. voluit Gabr. d.  
 concl. 8. num. 32. & 47. dum ait, d. l. Barbarius, proce-  
 dere, ubi adfit solum vitium personæ, non autem vitiū  
 rescripti. Posset tamen dispositio d. l. Barbarius, locū  
 habere, quotiescunque gerit quis se pro collectore in  
 provincia, in qua esset Camerarius, vel summus Pon-  
 tificex, aut alius habens facultatem depurandi talem col-  
 lectorem, vel quis se gereret pro subcollectore in pro-  
 vincia, in qua esset collector; ex quo enim superior, ad  
 quem spectat, verisimiliter scit, & illos sustinet, gestz  
 per eos sustententur, & valent, prout ex not. per las. d. l.  
 Barbarius, num. 5. Gondezal. in tract. de legat. 1. par. q. 6.  
 in fin. & alios, in his terminis optime tuetur Mascard. d.  
 conclus. 317 num. 20. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. Potest collector † ex-  
 communicare, suspendere, & interdiceret non solventes  
 decimas; ita in specie tradit Bellenz. d. tractat. de charit.  
 subsid. q. 45. & probatur ex eo, quoniam collector est  
 delegatus, ut superius hac ipsa quest. conclus. 1. ostendi-  
 mus; delegatus autem potest † censuras exercere, ut est  
 tex. in c. præterea, & cap. ex literis, de off. deleg. ubi id not.  
 Doct. & in c. 1. eodem tit. ext. & in 6. Bald. l. nulli, Cod. de  
 sent. & interloc. om. jud. sed mihi videtur hæc conclusio  
 optime in terminis probari, in sepius cit. extravag. unic.  
 Bonifac. vers. super his autem, de decim. dum ibi dicitur,  
 super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasti-  
 ficam, prout nobis, & illi, cui hoc committendum duxe-  
 rimus, visum fuerit expedire: proferatur autem, si ex-  
 pediens visum fuerit, excommunicatio generaliter, vel  
 spe-

*specialiter in eos, qui in solutione decima, vel suorum æ-*  
*stimatione proventuum, cum fuerit facienda, fraudem,*  
*vel malitiam scienter duxerint adhibendam: hæc Bo-*  
 239 *nif. In personis tamen Episcoporum servare debet*  
*modestiam, de qua in c. quia Pontificali, quod est 2. de*  
*off. deleg. lib. 6. ut nimirum, prius eis ingressus ecclesie*  
*interdicatur, vel sacerdotale ministerium, ac deinde*  
*ab officio suspendantur, ac subsequenter contra eos*  
*aggravetur censura ecclesiastica; atque ita in hac spe-*  
 240 *cie monet Bellenz. d. q. 95. quinimo cum de quantitate*  
*solum, & æstimatione fructuum agitur, circa solutio-*  
*nem decimæ tam Episcopi, quam Abbates, ceteræque*  
*personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ, & pro-*  
*priæ conscientie relinquuntur, ita quod sufficiat quo-*  
*ad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo*  
*modo solventes, vel scienter adhibentes fraudem, vel*  
*malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter*  
 241 *profertur, prout disponitur in d. extrav. vers. Episcopi*  
*autem & Abbates; cum tamen & alii, quos prævis in-*  
*formationibus, & inquisitionibus constiterit minus*  
*debito solvisse, specialiter excommunicari possint, ut*  
*in ead. extravag. habetur vers. prox. præcep. incip. sed si ex*  
 242 *probabilibus. Quod vero diximus de interdicto, intel-*  
*ligendum est & de speciali, hoc est, certæ ecclesie, non*  
*autem generali alicujus villæ, ut in hac specie voluit*  
*Bellenz. d. tractat. q. 25. num. 1. & quæst. 95. nu. 3. & 4.*  
 243 *prohibitum enim est, imo nullum interdictum gene-*  
*rale & contra civitatē, castrum, aut alium locum latum*  
*auctoritate ordinaria, seu delegata pro pecuniario de-*  
*bito, vel pro cujuscvis pecuniæ quantitate, eo maxime,*  
*quia eorum locorum domini, aut incolæ singulares*  
*personæ intra statutum terminum hujusmodi debi-*  
*tum non persolvunt, ut latius cavetur in extravag. Bo-*  
*nif. VIII. quæ incipit providi attendentes, & est 2. de sent.*  
*excom. in commun. id quod etiam notant, & latius pro-*  
*sequuntur Io. An. & Gemin. in c. presenti, de sent. excom.*  
*in 6. & Io. Calder. in tract. de interd. eccles. vers. si quæra-*  
*tur, An vacante, & vers. item quæro, an extravagant.*  
 Poterit

Poterit tamen † illud interdictum generale ferri, si 244  
 prius lata fuit sententia excommunicationis in singu-  
 lares personas, & ea contempta fuit, ut tradit Bellenz. d.  
 q. 25. num. 4. causa enim interdicti generalis immedia-  
 ra, & propinqua est † contemptus excommunicationis, 245  
 ut optime adnotavit Calder. consil. 8. Episcopus inter-  
 dicit, de sent. excom. Quomodo vero facienda sit mo-  
 nitio † clero vel collegio, quando collector vult deci- 246  
 mam exigere, & quomodo † contra non solventes 247  
 promulganda sit generalis sententia, colligitur ex d.  
 extravag. unic. de decim. versic. sed si ex probabilibus, &  
 versic. volumus quoque, latiusque, prosequitur Bellenz. d.  
 tractat. q. 110. & duabus seqq. Poterit quoque † colle- 248  
 ctor ac subcollector alias multare non solventes deci-  
 mas; licet subcollector non tantam pœnam impo-  
 nere possit, † sicut collector, ut in hac specie resoluit 249  
 Bellenz. d. tract. q. 69. per ea qua de delegato & subdele-  
 gato tradunt Innoc. Host. & Butr. in cap. 1. de off. deleg.  
 gloss. & Innoc. in c. pastoralis, §. fin. eod. tit. & communi-  
 ter Doct. ex quibus plerisque idem Bellenz. refert. Non ta-  
 men credo, quod † poterit collector beneficiis priva- 250  
 re non solventem, prout in delegato sentit Host. in c.  
 pro humanis, de homic. in 6. licet contrarium sentiat In-  
 noc. in c. quia diversitatem, de concess. prabend. Quin et-  
 iam possunt non solventes decimas † capi personali- 251  
 ter, ut in terminis tradit, & optime probat Bellenz. d.  
 tract. q. 98. quod idem erit † in Rectoribus universita- 252  
 tū, & capitibus collegiorū, pro suis collegiis, ut idem-  
 met Bellen. adnotavit d. tract. q. 99. per tex. in l. 1. in prin-  
 cip. ff. de muner. & honor. & ea, qua tradunt Bart. in l. 4.  
 §. actor. ff. de re judic. & Bald. in l. etiam, col. 5. C. de exe-  
 cut. rei jud. & l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque, univers. nom.  
 Secus vero esset in hoc utroque casu, ubi beneficiari,  
 seu isti Rectores † essent Doctores actu legentes, prout 253  
 de beneficiariis voluit Bellenz. d. q. 98. num. 7. juxta do-  
 ct. Arinam Bart. in l. medicos, per illum textum, Cod. de  
 professoribus & medicis, lib. 10. Neque etiam poterit  
 collector † invocare brachium seculare contra non 254  
 sol-

sol-

solventes sine speciali commissione, & mandato sedis  
Apostolicę, prout habetur in d. *extravag. unic. vers. provi-*  
*so haftenus, in fin. quod etiam not. Bellenz. d. tract. q. 97.*  
n. 1. Card. d. clem. fin. q. 16. de decim. Imol. n. 13. quamvis  
255 alioqui de jure communi ¶ tamquam delegatus id pos-  
set, ut late & optime probat Bellenz. d. n. 1. de quo not. in t.  
1. de off. ord. c. si quando, & c. significasti, de off. deleg. & c.  
cum non ab homine, de judic.

QUINTA CONCLUSIO. Collector non potest  
256 in exactione decimę loco pignoris, vel alias ¶ capere  
vasa sacra, paramenta, libros, & alia ad cultum divinum  
deputata; ita per text. in d. clem. fin. qua incipit, *benefi-*  
*ciorum, de decim.* notavit ibi gloss. Card. Imol. & ceteri  
Bellenz. d. tractat. q. 15. num. 3. & q. 88. 91. & 93. num.  
1. quę tamen clem. solum loquitur, ubi decima bene-  
ficiorum alicui per Papam conceditur; sed idem habe-  
mus in d. *extravag. unic. versic. ult. cujus hęc sunt ver-*  
*ba; quodq; ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, &*  
*libros, aliaq; bona mobilia ad cultum deputata divi-*  
*num, vel ad privilegia ecclesiarum, & monasteriorum,*  
*aliorumq; locorum ecclesiasticorum ipsius occasione de-*  
*cima manus nullatenus extendatur; quod idem forte*  
257 dicendum erit ¶ in iis, quę sunt promiscuo usui de-  
putata, prout esset liber, quo sacerdos & domi, & in ec-  
clesia utitur, & similia; neque enim ea capi possunt in  
258 pignus, ut voluit Bellenz. d. q. 93. quoniam magis ¶ di-  
gnum trahit ad se minus dignum, cap. quod in dubio,  
de consecr. eccles. vel altar. & c. unic. eod. tit. in 6. cum si-  
milibus, & per alia, de quibus per eum. Illa sane hac in  
re certa sunt, & omnino notanda, quę hic ordine ju-  
259 bet subijcere. Primo, non posse ¶ hujusmodi vasa sa-  
cra, & ornamenta divino cultui dedicata, de quibus  
antea diximus, etiam à sponte dantibus pignori acci-  
pi, prout ex d. clem. fin. colligit ibid. Paul. Leaz. quem se-  
quitur Bellenz. d. tractat. q. 89. Secundo, quod si nihil-  
ominus collector vult capere hujusmodi res sacras,  
260 quas notorium sit esse divinis officiis deputatas, ¶ pos-  
se ei saltem post appellationem violenter resisti, ut late  
& opti-

& op  
possi  
quore  
modi  
rat ¶  
exhib  
ipso ju  
ditq; E  
eccles.  
dic. qu  
tor p  
& opt  
dit Cy  
de crim  
script.  
sequen  
affici p  
guend  
consec  
rata, v  
facit q.  
S e x  
¶ liber  
sine sp  
num. 1  
piendu  
vat. &  
berare  
cepisse  
confite  
Pio, S. f  
in l. 2 S  
tract. q.  
non ad  
dum, n  
ctor sit  
Imol. a  
in l. sic

& optime probat Bellenz. *d. tractat. q. 90.* quomodo possunt intelligi Paul. & Card. *d. clem. fin. q. 15.* & alii quorquot absolute dixerunt, posse collectori hujusmodi res capienti resisti; quo etiā casu, si collector ferat † excommunicationem, aliasve censuras contra nō exhibentes hujusmodi res, erunt illæ censuræ nullæ ipso jure, ut optime voluit Paul. & Card. *loc. cit. ostenditq; Bellenz. d. tractat. q. 24. ac not. Gig. tractat. de pens. eccles. q. 60. num. 3* & colligitur ex Abb. *in c. 1. de re judic. quinimo in † casu hujus notorietatis poterit collector puniri ab ordinario ratione notorii delicti, ut late & optime probat Bellenz. d. tract. q. 91. per ea, quæ tradit Cyn Petr. & Bald. in Auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi. opor. gloss. ult. ubi Butr. & Abb. in c. fin. de rescript. & per alia, de quibus ibi per Bellenz. qui etiam q. sequenti optime declarat, quomodo arbitraria pœna affici poterit, juxta qualitatem delicti pulcre distinguendo de rebus consecratis, & benedictis, & non consecratis, aut benedictis; & utrum actu sint deputatæ, vel solum destinatæ cultui divino: quod etiam facit q. 88.*

SEXTA CONCLUSIO. Potest collector decimæ † liberare, & quietare eos, qui solverunt decimā etiam sine speciali mandato; ita Bellenz. *d. tractat. quest. 103. num. 1.* satis enim id includitur in mandato ad recipiendum, juxta text. & ibi Bald. *in l. abstulit, C. de novat. & in l. si debitorem, ff. eod.* Imo poterit etiam liberare eos, qui non solverunt, & confiteri se ab eis recepisse, ubi maxime mandatum sit ad recipiendum, & confitendum, ut ex sententia Ang. & Imol. *in l. à divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re judic. Bald. Salic. Fulg. Castr. in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. & communi resolvit Bellenz. d. tract. q. 104. num. 1.* qui etiam num. 2. idem probat, ubi non adsit verbum, *confitendum*, sed solum *quietandum*, num. vero 3. & 4. id limitat procedere, ubi collector sit solvendo, alias secus, per tradita ab Ang. & Imol. *d. §. sed si emptor*, & aliis, d. vero q. 103. per text. *in l. sicut datam, C. de lib. ca. & ibi Bald. & alios probat*

264 teneri † collectorem solventibus, si illud petant, instrumentum liberationis facere.

SEPTIMA ET ULTIMA CONCLUSIO. In  
265 exactione decimæ † proceditur executive, & incipitur à præcepto; proposito enim edicto, & generali monitione, ut termino tot dierum debeant tam singulares personæ, quam collegia solviffe, si non solverint, poterit in eos ferri cēfura, ut colligitur ex d. extravag. unic. versic. sed si ex probabilibus, & versic. volumus quoq; & in subsidio charitativo late probat Bellenz. d. tractat. q. 15. num. 1. post Rot. decis. 425. incipit, item extra Rotam, in no. sed mihi est 19. de dot. & contum. alias 444. in no. & incipit extra Rotam, ubi etiam tradit Rot. quan-

266 do † audiatur allegans, & probare volens ignorantiam edicti. In decima vero Papali id patet ex late traditis per Bellenz. d. tractat. q. 100. & duobus sequentibus ad quem te remitto, ne illius dicta, aut verba trans-

267 scribere videar. Poterit tamen † appellari à collectore multis saltem in casibus, prout in charitativo subsidio late ostendunt Bellenz. d. tractat. quest. 55. & Remig. qui totam eam quæstionem etiam refert, & sequitur in simil. tract. de charitat. subsid. quest. 52. In decima vero Papali admittit idem Bellenz. d. quest. 55. num. 8.

268 & quest. 90. num. 1. Primus autem casus † esse potest, si nimis brevem terminum statuatur ad solvendum, juxta textum sing. in c. 1. de delat. & gloss. in cap. ex literis

269 verb. infra triduum, de constit. cum similib. Secundus, ubi collector capit pignoris loco res, quas notorium est esse sacras, & divino cultui deputatas, ut in specie voluit Bellenz. d. q. 90. num. 1. & nos supra semel admo-

270 nuimus. Tertius, † si quis nimium grauetur, quia multi impetrarunt exemptionem, neque alter de alterius exemptione, ac privilegio mentionem fecit in impetratione, & reliquis, aut eorum aliquibus, hujusmodi exemptionem subreptionis opponentibus, collector eam rejicit, juxta ea, qua late superius tradidimus q. 3. conclus. 7. Quartus, si à privilegiatis privilegium al-

271 legantibus, † collector decimam exigat; nisi velimus

tunc

tunc  
lam e  
com.  
pra q  
Q  
tur,  
judic  
dispos  
clém.  
esse.  
debet  
cessit  
mini  
de ju  
idem  
tame  
illi su  
certa  
sam,  
re, de  
præst  
eccle  
locu  
men  
cima  
Vele  
penfi  
vit, a  
prop  
Papa  
tunc  
quic  
char.  
Step  
per c  
stena  
quic  
bus

tunc processum, & sententiam superinde secutam, nul-  
lam esse, per ea qua late tradunt *Cald. cons. 9. de sent. ex-*  
*com. Gig. de praesum. q. 60. Bellen. d. tract. q. 24. & nos su-*  
*pra q. 3. concl. 2. & 3.*

Quod si pro complemento hujus materiae quaeratur, *An ubi exactio hac, vel solutio decima Papalis in*  
*judicium deducatur, summarie tractari possit, juxta*  
*dispositionem clem. dispendiosam, de judic. & formam*  
*clem. saepe de verbor. sign.* Respondeo, distinguendum  
esse. Vel enim quaestio est inter clericum, qui solvere  
debet, & illum, cui Papa decimam beneficiorum con-  
cessit, & tunc † res & causa agitur plenarie; in his ter- 272  
minis loquitur gloss. *d. clem. dispendiosam, vers. decim.*  
*de judic.* quam ibi sequitur Paul. Card. Imol. & ceteri,  
idem Card. *d. clem. fin. q. 2. Imol. num. 3. de decim.* cujus  
tamen contrarium tenuit ibi Steph. Probant autem  
illi suam sententiam, tum quia haec decima non est  
certa quota, *c. fin. de vot.* tum quia illa *clem. dispendio-*  
*sam, exorbitat à jure, unde est restringenda, c. qua à ju-*  
*re, de reg. jur. in 6. cum simil.* tum quia ad hujus decimae  
praestationem non potest eo casu cogi per censuram  
ecclesiasticam praevia sola monitione; cum id solum  
locum habeat, cum per Papam exigitur, quod ta-  
men requiritur *in d. clem. dispendiosam*, ad hoc, ut de-  
cimarum causa tractari possit, ac debeat summarie.  
Vel est quaestio inter duos clericos, puta titularem, &  
pensionarium, seu vicarium, quia eorum aliquis sol-  
vit, ac vult repetere, & tunc idem † dicendum puto 273  
propter easdem rationes; Vel demum quaestio est inter  
Papam, vel Cameram, seu collectorem, & clericum, &  
tunc dicerem causam † esse summarie tractandam, 274  
quicquid in contrarium voluerit *Bellen. d. tractat. de*  
*charitat. subsid. quest. 39.* tum quod ita sentire videretur  
Steph. *d. clem. fin.* tum quod tunc potest fieri coactio  
per censuram ecclesiasticam, *ut supr. conclus. 4. late o-*  
*stendimus; tum per text. in l. publicas, C. de fer. & l. ne-*  
*quicquam, §. de plano, ff. de off. procons. junctis aliis, qui-*  
*bus non satisfacit Bellen. d. q. 39. num. 1. & 2. tum quia*



275 in † exactionibus functionum fiscalium, tributorum,  
 & collectorum summarie proceditur, ut post Bald. cons.  
 433. incipit licet, &c. vol. 3. tradit Marant. in specul. aur.  
 par. 4. tit. de judic. Mercat. num. 181. tum demum, quia  
 276 tunc res non patitur dilationem, ideoq; † potest sum-  
 marie tractari, juxta ea quæ de alimentis tradit Bellen.  
 d. q. 39. num. 3. & 4. late Asin in prax. judic. §. 3. c. 31. n.  
 6. & Surd. in tract. de alim. tit. 8. privil. 2. nu. 1. & seqq.  
 Ex quibus etiam junctis iis, quæ tradit Tirag. de pri-  
 vil. pia causa, privil. 153. probabile mihi redditur,  
 regulariter appellationem non admitti in  
 harum decimarum ex-  
 actione.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX

A Ctio  
 ria,  
 locum  
 decim  
 cap. 8.  
 Advoca  
 milit  
 tur d  
 solven  
 fidico  
 Edifica  
 tra fin  
 instit  
 cerdo  
 tione  
 jam o  
 ni sin  
 adire  
 Es alie  
 in sol  
 lis